R. 7265

Ct. a. 3 19

IHS

M. Tullii Ciceronis Arpinatis latini eloquii authoris Epistolarum vt inscribitur familiarium Libri. xvj. cum Iodoci badii Ascensii familiarissimis iterpretationibus.

Eiusdem iodoci Badii Ascensii Compendium isagogicum in Ciceronis epistolas introductiuum.

Insuper adponitur index breuissimus rerum ⁊ verborum in opere cõtentorum.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

C1-a. 3 17

R. 7265

M. Tullii Ciceronis Arpinatis latini eloquii authoris Epistolarum vt inscribitur familiarium Libri. xvj. cum Jodoci badii Ascensii familiarissimis iterp̄tationibus.

Eiusdem iodoci Badii Ascensii Compendium isagogicum in Ciceronis epistolas introductiuum.

Insuper adponitur index breuissimus rerum ⁊ verborum in opere cõtentorum.

Iodocus Badius Ascensius: Egidio Turrario Sacerdoti cum primis & literato & probo uniceq; dilecto Salutem dicit.

Cogitanti mihi anxieq; disquirenti/quanam purgatione tam longi silentii culpã diluerem: q̃q̃ Tabellariorũ qui tot menses nos non uiserunt pœnuriã merito excusare possem: in mentẽ uenit consilii cuiusdã non quidem recti: set tñ p errorẽ arbitrãtis se obsequiũ p̃stare deo. Saulis uidelicet adhuc spirãtis uinarũ & cædis in discipulos diui. Qui ut oim manib⁹ in protomartyrem Christi Stephanũ lapides nefandos iaceret: seuius custos ad oim lapidantiũ uestimẽta consedit. Quid istius: inquies: simile cõmentus es Badi. Nempe ut te in hac tot epistolarũ frõnte nũcuparẽ/eo uidelicet cõsilio ut oẽs. Nam multos fore cõfidimus: qui uel titulũ huius epistolii legẽt: te uerbis meis saluere iubeant: tuisq; decentissimis moribus: graui doctrinæ & suauissimæ humanitati adsurgant: quibus lucubratiunculas meas in totũ hoc epistola sit tuum tuiq; similium iudicium. De operis aũt præstantia & authoris laudibus/tametsi consultius forsan sit tacere q̃ panca dicere: tñ illud citauero qd̃ Marinus Scodreñ in medium attulit. Qui contra Sidonium Apollinarem disputans: quippe qui in epistolari stilo silendum prorsus de Cicerone autumat: eũq; irridet Pliniũ illi præferens adducẽsq; nescio: inquit: quos Titianos & Frontonianos irrisionis suæ authores: in Ciceronis laudẽ sic prorumpit. Quibus ego: inquit Petrarcha: simulq; omnibus idem sentientibus una uoce respondebo: hoc solũ: sicut quidem uerũ est: illud Senecæ: quoniam quidquid habet Romana facundia/quod insolenti græciæ aut opponat aut præferat: circa Ciceronem effloruit: uerũq; illud Quintiliani: ubi inter multa & gloriosa preconia uiri huius dono prouidentiæ genitum dicit: quo totas uirtutes suas eloquentia experiretur. Et post multa qbus hoc probat. Quare: inquit: non immerito ab omnibus ætatis suæ regnare in iudiciis dictus est: Apud posteros uero id consecutus: ut Cicero iam non hominis nomen set eloquentiæ habeat. Hũc igit̃ spectemus hoc propositum nobis exemplũ sit. Ille se profecisse: sciat Cui Cicero ualde placebit. Sicut hæc inquam uera sunt/sic illud quoq; uerissimum. Quibus displicet Ciceronis oratio eos uel non nosse ueram perfectamq; facundiam uel odisse. Atq; ut semel dicam quod uerissime sentio Marcus Tullius ut in omni eloquentiæ genere: ita in epistolari stilo sine dubio principatum optinet & uerborum & rerum ratione: q̃uis a Seneca Cicronem carpi sciam q̃ in suis epistolis de familiaribus negociis multa reposuerit. Et iniuria. Nãq; ea dum scribebantur næcessaria erant & nunc cognitu sunt non indigna. Post Ciceronem primum optinet locum omnium iudicio Plinius Cæcilius siue minor: ut dicatur: mauis quem nepotis cognomĩe uulgo distingui iam cœptum ĩmo recœptũ uideo. Post: quẽ longo ĩteruallo sequunt̃ alii q̃uis pauci. Ex quib⁹ Seneca Anneus damnatur uel Fabii & Gellii iudicio. Et diuus Hieronymus laudabatur a nobis. Tulliana enim eloquẽtia in eius epistolis minime desyderat̃. iis dumtaxat exceptis/quæ Hebraicis trãslationibus siue authoritatibus refertæ: quæq; falsa/aut dubio titulo eidem adscriptæ sunt. Hæc ille: quæ quia grata tibi cæterisq; Ciceronis amatoribus putabam in medium adducenda censui. Vale Turrarie optime & me quod facis ama. Ex officina nostra Chalcographa Quarto Kalendas Iulias. MDXI.

Ciceroĩs p̃stãtia & laudes.

Qui in epistolis excellant.

Minime desyderat̃ q̃ non deest.

Iodoci Badii ascensii in epistolarum compositionem compendium isagogicum: breuitate & facilitate præditum.

De epistola & literis. Titulus primus.

Epistola literæ sunt missiles aut mitti idoneæ quib⁹ aut absentes facimus certiores si quid est quod eos scire aut nostra aut ipsorum interfit: aut res graues de philosophia deq; repu. tradimus aut iubemus: aut familiares & iocosas significamus.

Vnde tria sunt epistolarũ genera de quibus titulo tertio. Dicta quidem est epistola ab epistello uerbo græco qd̃ est mitto: unde missiles dixi literas esse. Sane more græco fit diminutiuũ epistolium quo Catullus utit̃. Dicuntur aũt literæ non tam: ut inquit Scodrensis: a literarũ multitudine: q̃ a lituris q̃ in epistolis fiunt q̃ non ea cura mittuntur ad amicos & familiares qua cætera/quæ non ad familiares perferunt̃. Quãuis & p̃ disciplinis & scriptis oĩbus usurpent̃. At literã dici quasi legiterã: eo q̃ legẽti iter p̃beat uel q̃ in legẽdo iteretur: uel a lituris q̃ scripta deleri possit: qm̃ plærũq; in cæratis tabulis antiq scribere delereq; solebãt: uel ab eo q̃ atramento liniatur: uel a linea: q̃ γραμμη græce dicit̃/q̃ ex linea cõstet: Seruius: Priscianus: Grãmatici oẽs docent.

De epistolæ & literarum consimiliumq; quantum ad elegantiam cum numeralibus discrimine. Ti. II.

Epistola & quæcunq; alia singularem habentia citra distributionem posita distributiua refugiunt quæ literæ & cætera in quouis significatu singulari carentia ẽt admittunt: sub distributiõe aũt oĩa indifferẽter distributiua effligitant: set ad tm̃ pluralia nõ fiet singl̃r relatio.

Huius dicti quatuor sunt mẽbra. Primũ q̃ singularẽ habẽtia distributiua refugiunt nisi distributionẽ admittant. Secũdũ q̃ singulari carentia saltẽ in qua significatione a nobis accipiunt̃ citra distributionẽ cũ distributiuis poni possunt: uñ p̃ duabus eplis recte binas literas dixeris. Tertiũ est q̃ oĩa distributiue posita siue singulari carent: siue non. cũ distributiuis rite ponunt̃: ut dedi pueris meis binas eplas. i. singulis duas. Quartum est q̃ ad tantũ pluralia nõ fiant relationes singulares qd̃ te grãmatica docuit puer: unde si dixeris dedi ad te bĩas literas. addes quarũ unis aut alteris respõdisti: nõ uni aut alteri. Cõtra si duas dedi pueris meis epistolas: addã quarũ alteri. si tamen binis: binas dederis & binis respõsum sit. dices: quarũ alteris. Similiter si propter adiunctum singulari careat: ut in Buco. Aurea mala decem misi: cras altera mittam: uidelicet decem.

Tria esse apud Ciceronem epistolarum genera. Ti. III.

Epistolarum genera secundũ Ciceronem tria sunt. Vnũ quo facimus certiores absentes si quid est quod eos scire aut nostra aut ipsorũ interfit. Alterum seuerum & graue: ut de repu. & de philosophia: Tertium familiare & iocosum. Ad hæc autem cætera reduci possunt oĩa.

De his uide Ciceronem lib. ii. epistola. iiii. ad Curionem.

In primo gñe sunt plurimæ apud Ciceronẽ & Plynium aliosq; epistolæ quas scripserunt: qa presentes conuenire non poterant: ob id em̃ inuentæ sunt epistolæ. In secundo sunt diui pauli. senecæ. diui hieronymi: diui augustini: multorumq; grauium uirorum literæ: quas scripserunt aut quia ne tunc quidẽ aut quia non semper conuenire poterant quos docere uolebant. In tertio sunt nõnulle apud Ciceronẽ, pluresapud philelphũ Pogium & alios qui res familiares aut iocosas scripserunt.

De epistolari officio ex Scodrensi. Ti. IIII.

Hierõymus ad Marcellã scribẽs: Epistolare (inqt) officiũ/est de re familiari aut de quotidiana cõuersatiõe aliqd scribere: & quodãmõ absentes ĩter se p̃sentes fieri: mutuoq; aut qd uelit aut qd gestũ sit nũtiare: licet ĩterdũ cõfabulatõis tale cõuiuiũ doctriæ quoq; sale cõdiat̃. Tullius ad Quĩtũ Fratrẽ Lib. I. Illud: qd̃ est epl̃æ ppriũ ut is ad quẽ scribit̃ de iis reb⁹ q̃s ignorat certior fiat p̃termittẽdũ eẽ nõ puto. Et ad figulũ Quærenti mihi &c. uide lib. iiii. epl̃am. xiii.

De epistolarum partibus. Ti. V.

Epistolarum autem familiarium partes quinq; poni solent. Salutatio. Exordium seu principium. Narratio. Petitio. Conclusio. In grauibus quidem omnes orationes partes locũ habere possunt: non tamen omnes næcessariæ sunt. In familiaribus aũt insani sit capitis adhibere diligentiam ut omnes partes insint cum præter salutationem quæ tamen omitti subinde potest: & præter reiquã monendo: cõmendando: recitãdo. postulando. conquerẽdo: gra

tulando.ridendo.iocando.fabulãdo.aut aliud faciẽdo significare uolumus narrationem: & præter quãlibet conclusionem: neq; exordio neq; insinuatione opus sit ullum. Vnde: ut in qt: Scodrẽsis Narratio tenet totũ fere corp⁹ eplæ: reqrit tñ iterdũ orõnis ptes: diuisionẽ: confirmationem: cõfutationẽ uti & exordium & cõclusionem. set has frequentius: illas rarius. Cicero enim in familiaribus raro aut nunq̃ exordiis utitur. Orationis autem partes a sulpitio in opusculo de epistolis explicantur: & late habentur in primo ad Herennium libro.

De salutatione & speciebus eius. Ti. VI.

Salutatio est qua animus scribentis in eum ad quem scribit significatur prima conuentio. Eius antem species sunt tres. subaudita: breuis: & plena.

Subaudita est quoties ꝓperanter scribẽtes aĩos nostros solo epitheto: hoc est adiectiuo beneuolẽtiæ aut male uolẽtiæ significamus hoc pacto. Suauissime fili. Nate dulcissime. Parens optatissime. Pater desyderatissime: aut in primis colẽde. Honorãde obseruande. Frater optĩe aut charissime. Mater ꝓstãtissima. Probe adulescens Iuuenis studiose, Amicorũ integerrime aut intime. Vicine bone. Cõpater dilecte. & sĩlibus. Ad quas addamus Velim scias aut opus est mihi hac uel illa re. Hac cæna nos cõuenito &c. Breuis est q̃ suppresso noĩatiuo nomine eum ad quẽ scribimus saluare iubemus: hoc mõ Salue dulcissimũ decus meum. Aue uirorum clarissime. Saluus sis fili indulgentissime. Saluere te gaudeo fili charissime. Saluum te esse uolupe est. Bene tibi sit. Bene tibi esse uolumus. Optamus salutem. Præmissa salute: aut salutem: sine alterius accessione. Plena salutatio est quæ ultra salutandi partes & superscriptionis & subscriptionis fungitur munere. ut Iodocus Babius Ascensius Christiano stichilo filiolo suo charissimo salutem dicit. Aliis autem salutem aliis fælicitatem: aliis sanctamuitam dicere licet. Poteris autem uerbũ subticere. Nam satis erit dum dices. Ascensius stichilo suo salutẽ. Neq; uero dices, Salutes plurimas: aut quot maris sunt harenæ: aut salutes, nã salus plurali carẽt. Præcipiunt aũt quidam magis audiendi nomen scribentis anteq̃ eius ad quem scribit ponendum esse: ẽt si minimus quisq; ad maximum scribat: idq; Ciceronis authoritate firmatũ uolunt: qui nomen suũ semper præposuisse comparit. uerũtamen cum consularis fuerit uir: difficile superiorem inueneris. Quocirca non damnem eorum modestiam qui principium uirorum nomina præponunt unde est illud Sulpitii Verulani uiri in hac arte peritissimi. Clarissimo uiro Falconi Simbaldo Patricio Romano: protonotario apostolico: apostoliciq; fisci custodi. Ioannes Sulpitius Verulanus salutem. Contra qui scribentis nomen præponendum censent non futilibus tutantur nominibus. Nam & Terentia. M. Tullio Ciceroni salutem dicit præposito suo utpote scribentis nomine. Et Anacharsis Scythæ philosophi ad Ammonem regem epistola sic incipit Anacharsis Ammoni salutẽ Alexandri quoq; ad matrem exstat epistola quã A. Gellius lib. xii. cap. iiii. recitat sic inchoata. Alexãder Iouis Ammonis filius Olympiadi matri salutem Scodreñ. aũt superstitiose quosdam cõtendere dicit: & nimis: illorũ nomen ad quos literæ scribuntur nunq̃ nomini scribentis preponendum. Idem inquit. Alexãdrum magnum salutem nemini in epistolis dixisse nisi Phocioni & Antipatro scribit Plutarchus. Qui etiam author est Cæsarem primum mutua amicorum per epistolas colloquia excogitasse quum ob negociorũ multitudinẽ & urbis magnitudinem uiuos urgẽtium causarum adfatus haud tempus expectaret. Hæc ille. E quibus nõ putes ante Cæsarẽ neminẽ familiares eplas missitasse. Hanc aũt plenam salutationẽ non opus est ꝓmittere nisi in literis apertis: & quales sunt q̃ scribuntur & imprimuntur continue aut in facie librorum: quãdo uero talis salutatio plena premittitur non est necesse in fine nomen scribentis repetere nisi aut modestie aut sui cõmendãdi gratia. Tũc eñ dicere licet sic. Idẽ tibi deditissimus alũnus. Aut tui obseruantissimus seu amãtissimus cliens, discipulus: famulus: prout in Sulpitio uidere licet. Set has salutationis partes altius prosequamur.

De superscriptione. Ti. VII.

Superscriptio est exterior super epistolam scriptio: nomen: merita: locumq; eius ad quem scribimus continens.

Sunt aũt qui nomen ꝓpriũ ante officii aut dignitatis ꝓconia ponendũ censeant: qd̃ in subscriptionibus quidem modestiæ gratia obseruamus. Vt Sixtus dei gratia seruus seruorum dei. Ludouicus prouidentia diuina francorũ rex &c. Set in supscriptionibus si officia & merita præpollẽt ꝓponẽda cẽseã: ut inuictissimo atq; christianissimo francorũ regi Ludouico duodecimo &c. Tam uero ꝓpriũ nomen q̃ eius ephitheta in dãdi casu ponere solemus: qa subaudimus: aut dent literæ: aut salutẽ dicit. Liceat tñ dicere. Ad magnificũ equitem auratũ &c. Locus aũt uel in accusatiuo ponet sine præpositõe si est ꝓpriũ loci mioris simplicis figuræ aut cũ ꝓpositione si aliud. Vel in gẽitiuo seu ablatiuo explso aut facile intellecto uerbo aut ꝓcipio qetis & motus i loco. unde sic scribere licet. Romã ad ædẽ diui Petri Lugdunũ ad diuũ Ioannẽ baptistã. Aut sic. Studioso adulescenti Parrhisiis bonis lris insudanti. Probo negociatori Brugis agenti Gandaui residenti &c. Præconia aũt ꝓ dignitate iustum esset cõficere: neq; fas est uno gradu ꝓditos: si differẽtibus sunt meritis eodẽ mõ adfari. Nã licet ad quos scribimus oẽs sint bonarũ artiũ ꝓfessores: alios tñ doctos: alios cũ primis uel inprimis uel inter primos doctos &

doctos & eruditos: alios longe doctissimos: aut facile doctissimos: aut summa doctrina preditos nũcupabim⁹. Vitandæ aũt sunt nimium fucatæ aut calamistratæ compellationes quæ adulationem suboleant: de quibus uidebis Sulpitiana exempla. Epitheta autem quæ idem confusæ ponit sic sua quibusq; accommodabis.

Summo pontifici adscribenda epitheta.

Sanctissimo diui Petri successori. Summo Romanorum pontifici Reuerentia omniq; obseruatione dignissimo Papæ antistitiq; Romãorum maximo. Sanctissimo Christi in terrris uicario. Sũmo uigilantissimoq; Christiani gregis pastori &c.

Imperatoribus apta.

Diuo atq; inuictissimo Romanorum imperatori. Fælicissimo totius orbis moderatori. Faustissimo rerum potitori. Incomparabili orbis monarchæ. Diuo Cæsari semperq; Augusto togatorum principi Inclytissimo: totius orbis triumphatori. & cætera.

Cardinalibus adponenda.

In primis reuerendo cardinaliq; præsbytero. Sanctissimo archipresuli ac firmissimo Romani pontificatus cardini. Summa obseruatione dignissimo romanorum pontificatus cardinali. Multa reuerentia digno romani pontificis adsistori cardineo.

Regi addicenda.

Inuictissimo Romanorum regi. Magnanimo triumphatori & Christianissimo Francorum regi. Clæmentissimo Hispanorum rectori scæptriferoq; principi ac regi. Excellentissimo summaq; uirtute prædito Anglorum regi et cætera.

Archiepiscopo conuenientia.

In primis sancto patri & primatus Lugdunens. archipræsuli. Reuerendo admodum in christo, ꝓtistiti: & neuiorum tornato. um ue præsuli. Sanctissimo præsuli & inclyto Leodiorum episcopo. Vigilãtissime gregi suo superintendenti Cameracensium episcopo.

Archiduci duciq; congrua.

Clarissimo atq; inuictissimo archiduci. Inclytissimo bellatori & inuictissimo suorũ ductori. Generosissimo atq; eidẽ splendidissimo duci. In primis strennuo atq; ꝓter cæteros fortunato horũ aut illorum duci &c.

Abbati & cæteris prelatis adplicanda.

Reuerẽdo patri. Obseruãdo cũ primis archiepresbytero. Religiosissimo uiro ecclesiæ. N. archidiacono. Vigilantissimo gregis dñici pastori. Magno ecclesiæ. N. curato. Eximio cõuentus carmelitarum ꝓsidi. Obseruãtissimo diuinæ legis inter minores patri. Disertissimo fratrum prædicatorum concionatori &c.

Comitibus equitibusq; auratis debita.

Fidelissimo imperatoriæ maiestatis comiti Inclytissimo Flandrini comitatus principi. In primis strẽnuo bellatori equitiq; aurato Aureo cingulo insignito summaq; uirtute prædito nec minus fælici in bellis gerendis equiti. Alto loco nato clarisq; natalibus perspicuo equiti &c. Forti admodum equiti &c. in primis strennuo.

Religiosis & doctoribus quadrantia.

Venerabili patri. Viro religioso admodũ & in primis colendo multa sanctitate perspicuo. Summa castimonia claro. Excellẽti abstinẽtia ornato. Sũma religiõe ꝓdito. Viro disertissimo Doctorum antistiti. Eloquii Romanorum principi. Iure cõsultissimo Medico peritissimo. Apollineæ artis expertissimo. Diuinarũ literarũ interpreti perfectissimo. Diuinæ paginæ professori eximio. Doctissimo bonarum artium doctori &c.

Iudici & prefectis urbium accommodanda.

Incorruptissimo iuris administratori. Sanctissimo legum exsecutori. Integerrimo legum iterpreti. Vigilantissimo urbis præfecto: Diligenti admodum ciuitatis moderatori. Optimo morum, censori. Iustissimo ædili. Equissimo iudici. Inuiolabili iustitiæ præsidi. Fori totius splendori &c.

Ciuibus & negociatoribus cæterisq; bonis idonea.

Splendido ciui. Prudentissimo uiro. Optimo ciui. Laudato admodũ negociatori. Mercuriali uiro probissimo Negociatorum optimo. Diligenti operario. Solerti opifici. Probo mercatori: studioso scholastico. Ingenuo adulescenti. spectatæ indolis puero &c.

De subscriptione. Ti. VIII.

Subscriptio autem est modesta notificatio scribentis cum loci temporis ac meritorum eius specificatione post uale sub calce epistolæ posita.

Quatuor igit̃ ad eã ꝓtinẽt. loci unde eplã mittit̃ descriptio: tꝑis quo scripta est notificatio: q̃ duo cõtiuo post

uale scribi solēt. itē scribētis & eius meritorū modesta declaratio: q̄ si humilis est scribēs, in postrema p̄te poni solet: neq; uero ut dixi si plena sit salutatio p̄missa: næcesse erit iterū scribētis nomen ac merita reponere. Quinetiā negociatores t̄pis & loci in fronte meminisse solēt. Locus aūt iuxta regentis exigentiā nūc in genitiuo nunc in ablatiuo: nūc sine p̄positione: nūc cū præpositione ponet̄: ut ex officia: nostra literaria Parrhisiis Ex Parrhisiorū Lutetia. Datū Romæ. Scriptū Lugduni. Set honestius talia subaudiunt̄. ut Vale Lugduni. kalendis martiis &c. Aut Lugduno &c. Cicero eñi frequenter utitur ablatiuis pro aduerbiis de loco positis. Tempus aūt in ablatiuo sine præpositione ponemus: aut cū p̄positiōe in eo casu quem ipsa efflagitat: ut Lugduno anno millesimo q̄ngentesimo septimo Kalendas Aprilis: aut ad kalendas aprilis. Cū uero dicimus pridie kalēdas: aut tertio kalendas perficit̄ sic: pridie. i. die p̄eunte aut præituro Kalendas. Tertio die ante Chalendas aut inter chalendas: unde q̄a subaudit̄ ante. ideo dies denoīabit̄ a sequētibꝰ: chalēdis nonis aut idibus nō præcedētibus. Et ideo quia primus cuiusq; mēsis dies chalendæ sunt: iō q ab eo denoīabunt̄ dies erūt in mēse præcedēte. Set q̄a nonis & idibus: in eodē mense. Sunt aūt statim post chalendas nonæ in quatuor mensibus incipientibus ab his l̄ris immo. i. iulio: martio: maio: & octoberi sex in reliquis quatuor deinde in oībus idus octo. post quas sunt chalendæ sequentis mensis: aut uerius dies ab eis denoīandi. Nam chalendarū nonarū & iduū unum duntaxat diē esse uolūt quē in ablatiuo ponemus dicētes chalendis nonis aut idibus augusti &c. q. dicamus chalendis ipsis. Cum uero dicimus ad chalendas est quasi iuxta aut circiter chalendas & dies incertus: set pridie chalendas est dies præcedens: propterea autem ꝙ ablatiuum dic includūt: licet dicere pridie uel postridie chalendarum: nec est postridie idem quod cras set posteriori die: unde de preterito dici potest. Postridie q̄ p̄r defunctus erat epulum dedi: & de futuro: postridie q̄ uxor morietur uiscerationem dabo &c. Item tertio chalendas est p̄cipue is qui tertius est: computando chalendas pro uno & pridie chalendarum pro altero. Set ad tertium chalendas uolunt intellegi eum qui ad. i. iuxta est siue tertius siue quartus: & ita in reliquis.

De forma & stilo epistolarum. Ti. IX.

Texendæ sunt familiares epistolæ uerbis tritis & quotidianis latinis tñ & non fastidiosis stilo non multum elaborato: set solerti quadam neglegentia fulto.

Nam ut cicero meminit in libro de perfecto oratore: quædam neglegentia diligens est: itaq; danda est op̄a: ut si fieri pōt in epistolarū contextu nulla pelluceat iunctura dūmodo uitetur plæbei sermonis nimia uulgaritas.

Sermo itaq; erit purus: latinus & ad intellegendum facilis.

Vnde A. Gellius li. xiii. c. viii. diui Augusti epistolas elegantia sermonis neq; morosa neq; anxia: set facili & simplici laudat. Plinius quoq; iunior ad Thusculanum ait. Et pressus sermo purusq; ex ep̄lis petit̄. Seneca itē ad Luciliū ep̄la. xl. inq̄t Minus tibi accuratas a me ep̄las mitti frustra quereris. Quis enim accurate loquit̄: nisi qui uult putide loqui. Qualis sermo meus esset. si una sederemus aut ambularemus illaboratus & facilis tales uolo esse epistolas meas qui nihil habent exercitum nec fictum: set si fieri posset ostendere q̄ loqui mallē. Non me Hercle ieiuna esse et aridua uolo quæ de rebus tam magnis dicentur. Neq; enim philosophus ingenio renuntiat. Multum tamen operæ impendi uerbis non oportet. Epistola etiam. xv. inquit. Set: ne epistolæ modum excedam: qui non debet sinistram manum legentis implere: in alium diem hanc litem cum dialecticis differam. hæc ille: qui sinistram manum legentis impleri significat cum longior fuerit epistola: tunc enim et dextera et sinistra teneri næcesse est.

Verba epistolarum non tam erunt uetusta ut obsoleta & desita sint: nec tam recētia ut ignota: nec tam exculta ut morositatem præ se ferant: nec tamen ita neglecta ut fastidiant.

Apud Dathum plene uidebis an uetuste loquendum sit. Et apud Sulpitiū disce. Ex obscuris et exoletis quæ omnino uitanda sunt: famam eruditionis non adfectandam esse. Sunt enim qui se multa uidisse glorientur & ex eo laudem captent: si nimis prisca uerba in sermonem quotidianum reduxerint.

De prouidentia in componendo habenda. Ti. X.

Quidquid dicturus aut compositurus es totum mentis oculis priusq̄ incæperis præuidebis & excogitabis. Excogitatum suo ordine dispones: & dispositum decenter exornabis

Sunt enim tres obseruandæ pulchritudines. Ingeniosa excogitatio siue inuētio. Venusta dispositio atq; economia. Et decens uerborum sententiarumq; exornatio. In prima autem pulchritudine cōsyderandæ sunt sex orationis partes. Principium siue exordium. narratio. diuisio. confirmatio. confutatio et conclusio. de quibus in rhetoricis. Ciceronis uidendum præterea.

Orationis membra quinq; inuentatio: dispositio: elocutio: memoria: & pronuntiatio.

Oportet enim ut quas res dicere uelimus diligenter excogitemus: excogitatas atq; inuentas ordine suo disponamus: dispositas eloquentiæ stilo mandemus: mandatas scripto: memoriæ commendemus: et demum facunde et cum decenti gestu pronuntiemus.

De materia propria epistolis ex Scodreñ. Ti. XI.

Opus est eū qui diligēter scribere ep̄las uelit simplicē & perspicuā materiā p̄ponere: & neq; resecare neq; p̄ducere supra q̄ꝓ oporteat: & exornare optima elocutione: nō dictiōibus turgidis & aspis: set attico more loq & modice. Perspicuitas ornet l̄rās & grā dictionū florida.

Omnino peritos sagittarios imitari debet: ne excedere signum nec deficere a signo.

Vtendum est & historiis: & aliquæ fabellæ adducendæ: Aliquid ex monumentis antiquorū excerpendum. Semperq; illud Apollonii ad Scopelianum ante oculos ponendum Genera orationis quinq; esse: philosophicum: historicum: oratorium: epistolicum: & commentariorum: ut hec distinctis uoluminibus adsignemus.

Hn̄t autē ep̄læ non tā elocutionē p̄priā: set res q̄sdā peculiares. Vt Aristote. notauit: q inq̄t.

Hoc non ad te scribo qm̄ epistolicum non est. Nam si quis in epistola sophismata, physiologiasq; quæ ab epistola aliena sunt. Si quis rerum naturā mathematicūue aliquid scribebat: Is quidem scribit non utiq; epistolā quæ modesta ac prudens esse debet: uenustate decorata legentibus obuia & grata: festiuitatis plæna De negocio simplici, simplicibusq; nominibus constans: simplicem habet narrationē. Prouerbia sint in ea crebra: quibus accœpta congruaq; de qua agitur materia: ita sapienter scribi opinantur. Quod in epistolis utcūq; uersu custodit Horatius: ꝙ epistola sicut prouerbium quidam cōmune ac uulgare sit. Qui sententias scribit & adhortationes non similis uidetur narranti per epistolam, set per consilium.

Qui decore sententiarum epistolam cupit implere. non iam: inquit Demetrius: loquētis similitudinem gerit set struentis aliquid. Et Dionysius sentētias non pertinere ad epistolas clamat. Quare Senecam olim insectati sunt: nec hodie incessere desinunt eruditorum plurimi ꝙ disputationes pro epistolis scripserit.

Aristoteles & demōstrationibus quæ propriæ sunt epistolarum utitur: ut quum nititur ostendere ꝙ æque magnis ciuitatibus & paruis benefaciendum sit. Dii inquit in utrisq; æquales sunt ergo benefacere oportet quū gratiæ deæ in his æquales tibi sint.

Epistolæ quæ plærunq; ad ciuitates & reges scribuntur paululum elatæ sint: & aliquanto cōptiores ac grauiores. Consyderanda enim persona cui scribitur: quæ profecto elata est.

De epistolarum magnitudine Ex eodem. Titu. XII.

Scribentes epistolam meminerimus nos epistolam scribere ne sit uolumen loco epistolæ.

Quēadmodum Aristotelis ad Alexādrū & ad Dionis familiares epistolæ Platonis Nā Ciceronis ep̄læ breues imo breuissimæ sūt p̄ter paucas: q̄: ut dicam qd̄ sentio: sentio aūt quod de eius oratōibus sensit Cæcilius: optimæ sunt: utq; aliæ bonæ res & bonus liber quoq; meliores quo maiores pro materiæ ratione. Idē Author Cornelio Minitiano hunc in modū scribit. Quid enim mihi cū tam longa ep̄la? Nolite ego itētidem quærere: qd̄ Romæ geratur: & tamen memētote nō esse ep̄lam longam: quæ tot dies: tot cognitiones: tot deniq; reos causasq; complexa est. Quibus uerbis inuit ep̄las longas fieri posse de multis magnisq; rebus: quæ tamen longæ cum tot & tanta contineant non sint censendæ. Hæc ille: qui post multa diui Hieronymi de breuitate epistolarum testimōia: adfert illud diui Augustini ad Hieronimum. qd̄ sane scripseram nullum me librum aduersus te Romam misisse ideo scripseram: quia & libri nomen ab ipsa epistola discernebam.

Non tamen est nimia breuitas amanda: licet in ea nimis delectatus sit Libanius & Lucianus in ep̄lis suis: q̄rū phalaris author uulgo credit̄. Et p̄ materia rōne dilatanda est oratio.

De stilo epistolari ex Scodreñ. Titu. XIII.

Demetrii Phalerei sententia est. In tenui humiliq; dicendi genere epistolam uersari: Cuius dicendi modus & stilus gracilis esse debet. Et infra.

Et pressus sermo purusq; ex epistolis petitur. Stilus quoq; pro personarū ratione efferendus aut depremendus est: & cū oportuerit inter utrunq; temperandus. Et q̄ꝗuis aliqui neglegentiam pro cultu in epistolis adserant: tamen cum pro munere mittātur diligentia magis probanda: ut Plynio placuit. Vtq; Dionysius iubet: cōcinnitas adhibēda quæ ab arte amouet̄.

Demum cum epistola ambitione carere debeat nec scribentis indolem ostentare non semper agere adfectat quoniam nō est dialogus: tametsi apud Ciceronem & alios interdū agat ea: puto: ratione ꝙ dialogo sit adfinis.

Cicero ad Pætum in ea epistola quæ incipit Ain tandem Qualis debeat esse epistola paucis explicat sic inquiens. Verũtamẽ quid ego tibi in epistolis esse uideor? Nõne plæbeio sermone agitur tecũ? Nec enim semp eodem modo. Quid em̃ simile habet epla: aut iudicio aut cõcioni? Quin ipsa iudicia nõ solemus tractare uno modo. Priuatas cãs & eas tenues agimus subtilius: capitis aut famæ scilicet ornatius: Epl'as uero quotidiãis uerb̃ texere solemus. &c.

Idem ad atticum lib. i. tris eius Epistolas se accepisse scribit: Quæ inquit fuerunt omnes rhetorum pure loquuntur cum humanitatis sparso sale: tum insignes amoris notis.

Sunt tñ sicut in orõne oratoria tria stili gña in epla: set lõge oratoriis inferiora: Infimus qdẽ oratoris stilus epl'ari muneri sũmus est. Nec oẽ genus epl'arũ nnũ & eũdẽ stilũ hẽt: ut qdam arbitrant'. Igitur gracili stilo proximus est stilus uitiosus q aridus adpellatur. Fit in tribus rebus. In sentẽtiis: ut q de Xerxe inqt. Descendit Xerxes cũ oĩbus suis. Debuit em̃ dicere cũ tota Asia: nã quũ dixerit cũ oĩbus suis ualde rẽ dimiuit. In dictiõe: quũ res magnæ noĩbus par uis enũtiãt': ut ille q de Phalaridi Tyrãno dixit. Quæ em̃ Phalaris pturbauit agrigẽtinis: nõ iis dictiõibus exp̃sit tyrãni crudelitatẽ: q̃ magnis noĩbus explicanda erat. In cõpositiõe quã do incisa densa sunt ut in Aphorismis. Vita breuis. Ars lõga: tẽpus acutũ experiẽtia dubia.

Demum stilus epistolæ gracilis est iunctus cum gratioso Si Demetrio & Dionysio credimus. Qui opinati sunt duplici genere dicendi miscendam epistolam gratioso & tenui. Gratiosus etiam in pluribus locis inuenitur. In rebus: ex prouerbio: ex fabula: ex similitudine & hyperbole. In dictiõibus quum nominibus pulchris aliquid exprimitur ut γη πολυςεφανος: terra multum coronata. Fit etiam ridiculum: quod profertur nominibus uilibus & uulgaribus: quod destruitur ornatu elocutionis. Nam qui ridicula graphice describit: similis est cui piam simiam ornanti. Hec ex Marino Becichemo Scodrensi. Qui Ciceronis epistolas iustis laudibus extollit: & a Sidonii eleuatione defendit: ut in epistola nostra tetigimus.

De ordine & constructu uocabulorum. Titu. XIIII.

De cõstruẽdis collocadisq; uocabulis tãetsi lex certa dari neqt: utpl'imũ tñ orator & grãmaticus utunt' cõtrariis uiis: p̃terq̃ in dictiõibus uim exordiẽdi hñtibus q̃s uterq; ĩ frõte locabit.

Nam orator uocatiuum passim ubi concinnum uidetur collocat: grãmaticus in principio dumtaxat.

Orator determinans sæpe p̃ponit determinabili: ut obliquũ rectori. uerbũ ĩfinitiuũ finito. aduerbiũ uerbo adiectiuũ substãtiuo. Idq; freqnter aliquo ĩterposito: ut mlta uiri uirtus. degeneres aĩos timor arguit Amare te non desinã. Multas ad res sũmæ cõducit uirtus. Grãmaticus q̃ ꝓxime põt determinãs pone determinabile locat.

Orator sæpe relatiuũ antecedẽti præponit: & utrũq; eidem rectori tribuit: ut quas credis esse has non sunt ueræ nuptiæ. Grãmaticus contra antecedẽs p̃ponit nec ab eodẽ nisi bis posito regi patitur.

Orator negationẽ ĩcludentia p̃sertim signa uniuersalia in finẽ reducit: grãmaticus in p̃ncipiũ: sic tñ ut resolutione facta obliquũ postponat: ut qui te plus amet habes neminẽ. Non habes quẽq̃ qui te plus amet &c.

Orator quæsitiua etiam fini dat: ut partes orationis quot sunt' grãmaticus principio.

Orator multa in subauditione relinquit: ut uerba generalia. sum facio. gero & ad loquellã spectantia. Aut uerba ipsa sine suppositis collocat Grãmaticus nihil omittit quod ad integritatem sermonis aut sententiarum pertineat: ideoq; omnia subintellecta reponit.

De particulis non commutandis. Titu. XV.

SVnt autẽ nõnullæ particulæ quæ nisi ꝓpriis locis ponant' fœdant orationẽ. Quare hæ semp sunt præponẽdæ. At in oratiõe. aut in carmine sequẽte uocali: set acitẽ quæ etiã in medio locant' nec: neq; uel: aut cæterũ: enimuero: uerũ: si: sin: q̃tinus: seu: siue: ni: nisi: Ex his autẽ nullã ĩ maioribus pricipiis nõ aliũde depẽdentibus collocabis p̃ter at ĩ ĩdignatiõe: aut: uel: seu: siue: & ni. Postponunt' :q; ue: ne: qdẽ: quoq; aũt: uero: em̃. Et amat adponi post primã dictionẽ clausulæ depẽdẽtis. Præsertim autẽ. em̃: & uero. Quæ

alibi nisi

alibi nisi post secundam non collocantur: ut cæteræ. q; & quoq; post illam dictionem quam coniunctio & præcederet locari uolunt.

Etem̃ põt p̃ponĩ: uult aũt ĩ medio poni. Ve & ne post eã quã an & uel: p̃cederẽt subiici amãt. Cæteræ autẽ cõiunctiones fere oẽs p̃ponĩ supponiq; pñt. Set ex his aptæ sunt primis initiis. Quoniam. cum q̃uis & si: q̃q̃ licet quia q: ut: si: In minorum initiorum ad aliud dependentium fronte. Quocirca quapropter: quamobrem & quare constituemus Ergo & igitur in breuioribus conclusionibus. Itaq; plurimum in maioribus.

Quin & non præponũtur. Vtiq; postponitur. Sin nunq̃ dicitur nisi præcesserit si: aut fuerit subintellectum. Ita pro ualde postponitur.

Quia non ponitur ante set. Nec dicas concinne. Non uero set non autem. Nec neq; autem/set neq; uero. Nec age autem set age uero. Nec sane autem/set sane uero.

Nec iam autem/enim autem/at autem. Set iam uero: enim uero: tum uero: at uero. Post nõ & nec enim adponens: ut nõ enim: nec enim/uel neq; em̃: non tñ dices: ne em̃/aut ne uero.

Neq; non ponitur ante nam/nec equidem ante atq;: dicimus enim nam neq; atq; equidem. Tũ & et geminamus quando partes sunt æquales. Set quando sunt inæquales præponimus cum/cum minore: & postponimus/tum cum maiore.

Versus fere semp postponitur. Tenus freqẽter: inter: ꝓpter: circa: cõtra: & sĩles nõ raro. Reliquæ præponĩ gaudẽt: set monosyllabæ post adiectiuum & ante substantiuum idest inter utrunq; poni solent.

De uenusta uocum maritatione. Ti. XIII.

Non solum quo ordine set etiam quicum quælibet dictio locãda sit summe attẽdendũ est. Omnis enim uult poni cum positiuo aut comparatiuo nunq̃ cum superlatiuo.

Contra quisq; cum superlatiuo: aut uim eius habente. Cum superlatiuo autem nõ ponimus uim superlatiuam habentia set cum positiuo: ut sunt in primis: apprime: per/perq̃: sane sane q̃: oppido oppido q̃. Ponemus tamen cum eo longe facile. nimirum & q̃ pro ualde. Tãtum/quãtum/modicum/paruum/nihil & nihilum/satis/tantũdem positiuis congruunt lõge/facile/tanto/quãto & similia in o comparatiuis & superlatiuis.

Dicemus ergo omnes boni uiri: optimi quiq; milites: tamen apud Ciceronem leges omnes summi uiri: set id perinde est ac si dicas: omnes optimates: & si aliquem dixeris q̃ optimum: non addes genitiuum quale sit q̃ optimum omnium.

De uenusta iunctura. Ti. XIIII.

Iuncturæ quoq; quæ est apta uocabulorum structura & collocatio sine offensione accurate studendum est. In qua literarum syllabarumq; lenitatem & asperitatem attendimus.

Vitandus itaq; est eiusdem literæ syllabæ: aut dictionis frequens concursus literæ s cum i sibilus. Cacocephaton idest malum & turpem sonum aspernabimur.

Similiter cadentia uel desinentia uel declinata pueriliter non adfectabimus.

Cauendum præterea est ne decrescat oratio: & fortiori subiungatur infirmius: ut sacrilego fur. Nam augeri & insurgere sententiæ debent.

Et iuxta ordinem naturæ et urbani sermonis obseruationem prius uiros q̃ fœminas: deos q̃ homines: alios q̃ nos: genera q̃ species: communia q̃ propria pones.

Cauebis ne ordo pariat ambiguitatem neue plixitas fastidium: aut breuitas obscuritatem.

Itẽ ne longa sit uerborũ cõtinuatio quã uno spũ enũtiare neq;as. Cauebis ad hoc ne ordine.

permutato quid fiat superuacaneum. Siquidem ut recte dixeris fratres geminos & mulierē ancillam:ita superuacue geminos fratres & ancillam mulierem. Si enim gemini & fratres sunt si ancilla etiam & mulier est.

Cæterum si quo ordine:res gestæ erunt narrabuntur multum iuuabunt intellectum.

Quinadeo in metaphoris rerum gerendarum ordinem conspiciam.

Sicut in illo Quintiliani.duxit me similis ætas:uicerunt officia:cœpit fides:amantem odisse nō potui. Vbi consuetudinis seruatur ordo.Nam qui per consuetudinem amicitiam ineunt:primo loco ducuntur: ut liberi & nullo officio adstricti aut uinculo capti:deinde ubi officia accedūt:uincuntur ut etiam si nolint amici uideri debeāt:at ubi perspecta fides est:capiuntur:ac capti amantem odisse non possunt:quæ res in similibus est nobis animaduertēda. Nam præpostere dicas.hanc aluit:peperit:genuitq; puerpera prolem. Prius enim genuit q̄ peperit:& peperit q̄ aluit.

In rerum tamen narratione alius a poetis alius ab oratore seruabitur ordo.

Vnde de poetico ordine dicit Horatius in arte.

Ordinis hec uirtus est ac Venus:aut ego fallor.
Vt iam nunc dicat:iam nunc debentia dici:
Plæraq; differat:& præsens in tempus omittat.

Orator enim fere quo ordine res gestæ sunt eas narrat poetæ autem sæpe a fine aut a medio historiæ narrare incipiunt.

De elegantia sermonis obseruanda. Ti.xviii.

Elegantiæ sermonis uocumq; proprietates in epistolis ad unguem obseruabuntur non minus q̄ in oratione:tametsi non tantus erit uerborum splendor nec ornatus.

Verūtamen poetica:ut sunt caballus:genitor:genitrix:pegrina:ut sunt gaza:esseda:& sum mopere barbara:ut sunt guerra:bladum:& inepta:ut causare pro producere uel efficere.cōsiteri pro eo quod est confessionem audire:diligentius uitabimus.

De phuco & ornatu frequenti uitando. Ti.xix.

Phucus autem frequens & ornatus nimis uitabitur in familiari præsertim epistola.

De uenustis locutionibus. Ti.xx.

Venustæ locutiones dūmodo rebus congruāt non sunt in epistolis (ut iā dictū est:fugiēdæ. De quibus in Augu.dathum latius diximus.

FINIS.

Via ad Epistolarum primi libri cognitionem non parum conduxerit uitæ & casuum authoris cognitio:eam complectar paucissimis.M. Tullius Cicero Arpini natus:Romæ quo puer perductus fuerat:tantū in dicendo profecit:ut in causis dicendis primum locum consecutus sit:tantūq; uetitatis & reipu.studio potuit:ut omnis honores suos ordine optinuerit:In consulatu autem sic sese gessit:ut nō minus ueræ gloriæ in toga meruerit q̄ alius quispiā in armis:liberauit enim urbem ab incendio & ciuitatem a cæde coniuratorum Catilina duce/in quos cum animaduertisset:& Catilina iam in plio cecidisset:primus in toga triumphauit:primusq; parēs patriæ adpellatus est:erectis eius gloriæ perpetuis monimētis: quæ res illi inuidiæ non parū peperit:præsertim apud Cæsarem:& paulopost apud Clodium uirum apprime nobilem:qui captus amore Pompeiæ uxoris Cæsaris in domo eius in ueste muliebri deprehensus est temeasse festa bonæ maribus nō adeunda deæ: ob quārem in ius uocatus negauit se tunc in urbe fuisse:citatus autē Cicero in eū testis adseruit Clodium eo die secū Romæ fuisse quod idem & alii præclari uiri testati sunt:Clodius tamē iudicibus corruptis pecunia absolutus est:Cæsar autem uxorem repudiauit:q; diceret domum Cæsaris non solum crimine:sed etiam suspitione criminis uacare debere:in Clodium ut Ciceroni incomendet nihil grauius egit. At clodius ultiōis auiditate a patribus ad plæbem per adoptionem transiuit:factusq; tribunus plæbis ciceroni diem dixit q; nobilissimos ciues necasset indicta causa. Erant autem tunc consules.L.Piso cæsaris socer:&.P.Gabinius/qui prouinciarum spe Clodii conatibus fauebant.Quod intellegens cicero cum neq; a Pompeio neq; ab aliis amicis satis tutaretur aufugit:absensq; damnatus est a clodio ut bonis eius publicatis quadringētis millibus passuum ab Italia igni & aqua illi interdiceretur:Qui uero hospitio suscœpisset exsul esset & sua amitteret omnia. Additumq; rogationi est ne quis de eo reducendo referret:disputaretue aut pedibus in sentētiam iret/quæ omnia populus sciuit atq; adprobauit:maxima ut semper fuit animorum mutabilitate.Clodius ita exsulis uillas diripuit & incendit domum in palatio a fundamentis demolitus est:& in area templum libertatis constituit.Fortunas omnis hastæ subiecit:nec tamen in tota illa auctione:sector quisq̄ repertus est.Cicero in Macedoniam aufugit: ubi a Planco benigne excœptus est.Clodius autem ob uictoriam insolentior factus etiam Pompeium in publica concione contumeliis proscidit Quærens ut populus q; Pompeius is esset responderet:Quis uno digito caput scaberet.Quis uir uirum quæreret?& similia.Qua contumelia irritatus Pompeius:fratusq; Lentuli authoritate ad quem proxime sunt epistolæ:& qui Ciceroni amicissimus fuit:author fuit Tito Annio Tribunoplæ.ut rogationem ad populum ferret de Cicerone reuocando.Quæ res ingētes turbas cōcitauit.Clodius enim cum factione sua tribunitiæ obstitit rogationi:eoq; obnitente aliquādiu nihil agi potuit.Certatūq; est interim in publico armis:tribunitiaq; potestas uiolata est.multi quoq; interfecti:adeo ut Quintus Cicero Marci frater:inter cadauera latitans sit seruatus.Postremo Pompeius ingenti bonorum manu ad hoc ipsum ex tota Italia collecta clodiū foro expulit/auxilioq; fuit ut populus sine aliquo maiore motu rogaret:.Nunq̄ maior populi Romani de aliqua re consensus fuisse dicitur:neq; tam magnum alias totius Italiæ studiū/quæ ad hoc ipsum Romam confluxerat:ut non magis elegāter q̄ uere Cicero postea gloriatus sit Italiæ se humeris ab exsilio reportatum.Senatus charitate& beneuolentia cum populo certauit:decreuitq; ut publice laudarentur ciuitates quæ ciceronē humaniter accœpissent:ut domus & uillæ eius publico instaurarentur sumptu. Rediit sextodecimo mense postq̄ urbe eiectus fuerat.In senatuq; aliquantulum floruit/quo tempore ad Lentulum primi libri epistolas scripsit:deinde Ciliciam post Lentulum & Appium Claudium pulchrūm/prouinciam optinuit:unde reuersus bella ciuilia inter Cæsarem & Pompeium offendit orta:quæ res effecit ut triūphare non potuerit:diu autem ad concordiam utrunq; frustra hortatus:Pōpeium tandem secutus est quo uicto & occiso per Dolobellam generum suum Cæsari reconciliatus:cū in foro locus non esset:ad philosophiā se contulit.Tandem Cæsare occiso:cum libertatis publicæ gratia eius percussores tutaretur &in Marcū Antonium Cæsaris uindicem philippicas habuisset:postq̄ Antonius Lepidus & Augustus triumuiratum iniissent:ab Antonio Aliis conniuentibus proscriptus est & in fuga deprehensus capite & manu qua philippicas scripserat truncatus est.Nunc paucis argumentum repetam.

Argumentum Epistolarum primi Libri.

Postq̃ Lentulo consule & fautore: Pompeio autem referente & adiuuãte: Cicero ab exsilio redierat: suauiter cum Pompeio & Lẽtulo Romæ uixit. Quo tempore superuenit Ptolemeus Auletus Aegypti rex ab Alexandris pulsus aut ob mollem uitam; nam choraulam ĩprimis exercuit: aut ob nimiam pecuniæ exactionem: aut ꝙ Cyprum ob Romanorum fauorẽ uindicare sibi cum fratris prius fuisset nollet: postulansq; ab senatu populoq; Ro. in regnum restitui. Fugit autem clam suis: ita ut mortuum putantes Beronicen filiam eius natu maximã in regnum restituerint. Nupserat autem prius Cybiosatti Syro regia stirpe: ut ipse credi uolebat: procreato: set paucis post diebus ob sordidũ ingenium regno expulso: deinde Archilao eius Archilai filio qui cõtra Syllam pro Mithridate pugnauit: hac ergo nouis studente rebus Ptolæmeus pater eius occulte Romã ingressus Pompeio est ab initio conciliatus: & per eum patribus cõmẽdatus: actũq; est de eius reductione: simul & de legatorum cæde qui supra centum ab Alexandria contra ipsum missi erant: & cum his Dion Academicus. Intellegentes enim Alexandrini se ab rege criminatum iri: tot oratores miserunt recriminaturos eum & eius scelera detecturos: quo cognito rex iam Romæ agens multos eorum in itinere per ĩsidias interficiẽdos curauit: quosdam etiam in urbe alios pecunia corruptos ablegauit: effecitq; ut eorum querella minus procederet: desperans tñ honorificam reductionem: se in Ephesum recœpit relicto Hãmonio legato qui absentis rem curaret: largitionibusq; quos posset corrumperet: non solum ut reduceretur: uerum etiam ut per principẽ rei militaris Cnæum Pompeium: qui dissimulauit se uelle reducere propter Lẽtulum consulem: qui gloriosum putans de tanto rege optime meruisse, summope contẽdit ut ab ea petitione Pompeius quem unice timebat desisteret: fuitq; author patribus præfecturæ maritimæ & terrestris annonæ Pompeio decernendæ: ut maiorem ille dignitatem adsecutus de reducendo rege omnem curam abiiceret. Interea autem finito consulatu: procõsul fit Ciliciæ: Regis autem legati: rege id petente contẽderunt ut per Pompeium potius reduceretur: magnamq; partem senatus pecunia ad hoc induxerant: Quã quidem pecuniam mutuo accœperat sub pollicitatione usuræ ab Rabirio posthumio adhuc in Aegypto agens: & a quibusdam aliis Romanis: qui uidentes nisi rex restitueretur se pecuniam creditã amisisse: grandem denuo pecuniam mutuo dedere. Atq; una cũ legatis institere ut reductio per Pompeiũ fieret: quod intellegens Lentulus iam in prouincia agens scripsit ad Ciceronem de quo optime meritus fuerat: quia ut dixi author fuerat eius restitutionis: ut contẽderet reductiõem regis sibi decerni. Nam prouincia Cilicia in uia ad Aegyptum est: Cicero autem hac epistola Respõdet se tãtum pro eo laborasse ut omnibus satisfecerit præterq̃ sibiipsi: eo ꝙ non possit efficere qđ uelit in causa eius. Dicit autem se oppugnari, largitionibus legati & res agi per creditores. s. eos qui regi pecuniam crediderant. Docensq; quid super ea re in senatu actum sit: [fuit] cum Catone adhortãte quindecimuiri ac sacerdotes quibus Sybillinorum librorum inspiciendorum cura erat: ad senatum denũtiassent carmen Sybillinum quo cauebatur ne rex ægypti cum exercitu reduceretur: ut statim dicam. Quidam e senatu censuerunt reditum regis Lentulo decernendum set sine exercitu propter religionem. Alii Pompeio cum duobus lictoribus: aut eũ mittendum cum totidem lictoribus ad Alexandrinos reconciliandos: quod Ptolæmeo non omnino displicuit set senatui non satis tutum uisum Pompeium Alexandrinorum furori cedere. Alii censuerunt ut tres legati regem reducerent. Set studio Ciceronis effectum erat ut senatusconsultum pro Lẽtulo factum fuisset: nisi libri Sybillini obstitissent: quorum carmen erat huiusmodi. Si ægypti rex auxilio quodam indigens uenerit eius amicitiam ne abnueritis: set illum quidem cum multitudine ne iuueritis: quod si aliter factum fuerit labores & pericula habebitis. Sic Gæorgius Valla. Alii carmen magis suis uerbis recitant. Sane cum ea res diu suspensa maneret: Aulus Gabinius iniussu populi set adhortante Pompeio Regem restituit: qui recœpto regno filiam & Archilaum maritum eius occidit: nec ipse diu superuixit fatali morte absumptus: relictis quatuor liberis duobus filiis & totidem filiabus. Ex quibus maiores natu testamẽto patris regnare iussi sunt Dionysius Ptolemæus qui puer adhuc Pompeium interficiendum mandauit: & Cleopat[ra] quæ Cæsari & deinde Antonio cõmixta est: post cuius necem Aegyptus in formam prouinciæ redacta est. Et hec pro argumento. Nunc ad explanationem.

Carmen. Sybillinũ

Iodici Badii Ascencii Epistolarum familiarium. M. Tullii Ciceronis familiaris admodum & succincta explanatio.

Marci Tulli Ciceronis Eloquii Romani parentis epistolarum familiarium liber primus.

M. T. Cicero. P. Lentulo proconsuli. S. P. D.

EGo omni officio ac potius pietate erga te: cæteris satisfacio oĩbus: mihi ipse nunquã satisfacio. Tanta enim magnitudo est tuorũ erga me meritoꝝ: ut quoniam tu nisi perfecta re de me nõ cõquieuisti: ego quia non idẽ in tua causa efficio: Vitã mihi esse acerbam putẽ. In causa hec sunt. Hãmonius regis legatus aperte pecũia nos oppugnat. Res agit̃ p eosdem creditores p quos cũ tu aderas agebat̃. Regis causa si q sunt q uelint; q pauci sunt: omnes rem ad Pompeiũ deferri uolunt. Senatus religiõis calũniam nõ religione sed maleuolentia: & illius regiæ largitionis inuidia comprobat.

QT ſi quãtum ex literis tuis intelligere potui uidebã te hanc epl̃am: cũ ad urbẽ ueniſſes: eſſe lecturũ: refrigerato iã leuiſſimo ſermone hoĩum ꝓuincialiũ: tñ cum tu tam multis uerbis ad me de improbox oratione ſcripſiſſes: faciẽdum mihi putaui: ut tuis literis breui reſpõderẽ. Sed prima duo capita epl̃æ tuæ tacita mihi quodãmodo relinquẽda ſunt nihil em̃ habẽt: qd̃ aut definitũ ſit: aut certũ: niſi me uultu & taciturnitate ſignificaſſe tibi nõ eſſe amicum. idq̃ pro tribunali cũ aliqd ageret̃: & nõnullis ĩ cõuiuiis intelligi potuiſſe. Hoc totũ nihil eſſe poſſum intelligere: ſed cũ ſit nihil/nec qd dicatur quidẽ intelligo Illud qdem ſcio: meos multos/& illuſtreis/& ex ſupiore & ex æquo loco ſermones habitos cũ tua ſumma laude: & cũ magna ſollicitudine: & ſignificatiõe noſtræ familiaritatis ad te uere potuiſſe deferri. Nam qd̃ ad legatos attinet: qd a me fieri potuit: aut elegã/

QT ſi. Reſpõdet epl̃æ Appii: qua mlta obiecerat q̃ purgat ut legẽti facile patebit. Ordo aũt eſt. Etſi.i.q̃q̃: ego uidebam quãtũ potui intelligere ex literis tuis: te lecturũ ſup.eſſe hãc epl̃am cũ ueniſſes ad urbem.ſ.rom̃ã: ſermone leuiſſimo.i. incõſtantiſſimo hoĩum ꝓuincialiũ/qui iniq̃ conſſti fuerunt de Cicerone: refrigeratũ.i. tẽperatum & ſedatũ iã: tñ cũ tu ſcripſiſſes ad me tam multis uerbis de ofone.i. locutiõe hominũ improbox: ego putaui faciẽdũ mihi: ideſt me debere facere: ut reſpõderẽ breui: i.breuiter: uel breui ſup.epl̃a uel reſponſione: lr̃is tuis. Sed duo prima capita.i.pncipales ſnĩæ epiſtolæ tuæ: relinquẽda ſunt mihi quodãmodo tacita: em̃.i.qa: nihil habẽt qd̃ ſit aut definitũ.i.determinatũ aut certũ: niſi me ſignificaſſe uultu & taciturnitate.i.eo q̃ uultũ iratũ haberẽ: & nihil dicerem: me ſup.non eẽ amicũ tibi: idq̃.i.& id potuiſſe ĩtelligi: pro tribunali.ante tribunal/cũ aliqd ageret̃: & in nõnullis.i.qbuſdam conuiuiis. Ego inq̃t Cicero: poſſum intelligere hoc totum nihil eſſe.i.ex uana ſuſpitiõe eſſe ortũ ſed cũ ſit nihil.ſ.in re: nec qdem.i. non etiã aut non ſaltẽ/intelligo qd̃ dicat̃. Quidẽ.i. certe: ego ſcio illud multos ſermões meos

habitos & illustreis,i.claros:& ex superiore loco.i.cũ in sede magistrali sederẽ:& in loco/æquo.i.plano: cũ ut priuatus loquerer: cũ summa laude tua:& cũ magna sollicitudine.i.anxietate:& significatione familiaritatis nostræ potuisse deferri.i. delatorie afferri ad te:uere.i.ueraciter.Nam qd'attinet ad legatos:qui cõibus sumptibus uolebant Romã proficisci ut Appiũ publice laudarẽt quid potuit fieri a me/aut elegantius.i.decentius aut iustius/q̃ ut minuerẽ sumptus: idest expensas ciuitatũ egẽtissimarũ:sine ulla ĩminutione dignitatis tuæ: p̃sertim ipsis ciuitatibus/postulãtibus sup.illud'q.d. nihil.Nã totũ genus legationũ.i.legatoꝝ p̃ficiscentiũ .i. abeuntiũ tuo noĩe nõ erat notũ mihi.i.nõ erat approbatũ a me cũ nescirem iustã rõnem earũ.Cũ ego essem Apameæ.i. ĩ ea urbe Anthiochiæ:aut ut alii dicũt phrygiæ:Sed Strabo dicit sic:Anthiocẽsibus ad Austrum Apamea est:in mediterranea sita. Et paulo ante de Anthiocensi ꝓuincia q̃ est pars syriæ loquens dicit Vocat' etiam tetrapolis ex insignibus urbibus q̃ ibi sunt: & si plures sint maxime tñ q̃tuor sunt:Anthiochia apud Daphnẽ:& Sceleucia in Pieria:& Apamea & Laodicea: q̃ ꝓpter concordiã sorores dicebant'.Eas Seleucus cõdidit: Maxima ab eius patre AnthiochoAnthiochia dicta est:Munitissima ab eo Apamea uero ab eius uxore:Laodicea aũt a matre noĩata est Alibi tñ dicit Apameam & Laodiceã Phrygiarũ urbiũ maximas.Sed Phrygia generaliter ea quoq; pars dicit'.Principes multaꝝ ciuitatũ detulerunt ad me .i. clã insinuauerunt mihi:sumptus nimis magnos:decerni i.decreto adiudicari:legatis.s. Romã ituris cũ ciuitates non essent:soluẽdo.i.ut soluãt: Ego cogitaui multa simul:hic .i. in hac re: aut hoc tpe:primũ arbitrabar te hoĩem:nõ solũ sapientẽ:uerũetiã ut nunc loqmur:urbanũ.i.politũ sermone & moribus:nõ delectari/isto genere legationũ.s.q̃ in uanũ exhaurirent egẽtissimas ciuitates:& ego arbitror me disputasse id multis uerbis/pro tribunali.i.in tribunali: synadis.i.in eo oppido cariæ;ubi uis est marmoꝝ q̃ synadica in de dicunt' Alii phrygiæ quoq; eã addicunt: qa uicinia sunt loca:phrygiaq; maior ea cõplectitur:Est autẽ forma ablatiui plalis:Primum sup dixi disputãdo:Appiũ Clodiũ eẽ laudatũ senatui &ppl'o Romano.i.a senatu & ppl'o Romano:aut corã senatu & po.Ro. non testimonio myndensiũ.i.legatoꝝ e Myndo oppido Cariæ: mentio eñ legationis mittendæ facta est ĩ eo oppido :sed sua sponte.i.sine alicuius intercessione:Nã senatus de repu.benemeritos sponte laudare solebat: deinde sup.dixi:me uidisse ista accidere multis;ut legationes uenirent Romã causa coꝝ.s.laudandoꝝ: sed dixi me non meminisse.ullum tps aut locũ laudandi dari his.i.hmõi legationibus:Sicut Agrecius dicit memini exigit p̃sens tps:ut memini uidere non uidisse:& hic dari nõ datũ esse. Idq; Cicero fere obseruat. Valla tamẽ in Raudẽsem

Apamea

Anthiochia
Seleucia
Laodicea

Soluendo

Memini

tius aut iustius:q̃ ut sumptus egẽtissimarũ ciuitatũ minuerem sine ulla ĩminutione dignitatis tuæ: p̃sertim ipsis ciuitatibus postulãtibus? Nã mihi totũ genus legationum tuo noĩe proficiscẽtium notũ nõ erat. Apameæ cũ essem multarum ciuitatũ p̃ricipes ad me detulerunt sumptus decerni legatis nimis magnos:cũ soluendo ciuitates non essent.Hic ego multa simul cogitaui:primũ te hoĩem non solũ sapientẽ:uerũetiam ut nunc loqmur:urbanũ non arbitrabar genere isto legationum delectari:idq; me arbitror Synadis ꝓ tribunali multis uerbis disputauisse.Primũ Appium Clodiũ senatui populoq; Ro.non Myndẽsiũ testimonio (in ea eñ ciuitate mẽtio facta est)sed sua spõte eẽ laudatum:deinde me ista uidisse accidere multis:ut eoꝝ causa legationes Romã uenirent:sed his legatiõibus non meminisse ullum tps laudãdi:aut locũ dari . studia mihi eoꝝ placere:q; in te benemerito grati essent: consiliũ totũ uideri minime necessariũ . si autẽ uellẽt declarare in eo offiñ suũ laudaturũ me:si quis suo sũptu functus esset officio concessurũ si legitimo : nõ p/missurum si infinito. Quid eñ reprehendi põt: nisi q; addis uisum esse qbusdã edictũ meũ:quasi cõsulto ad istas legationes ĩpediendas esse accõmodatũ? Iã uero non tantũ mihi uidẽtur iniuriã facere:ii q hæc disputant:q̃ si cuius aures ad hanc disputationẽ patẽt. Romæ cõposui edictũ:nihil addidi:nisi quod publicani me rogarunt:cũ Samũ ad me uenissent:ut de tuo edicto totidẽ uerbis transferrẽ in meũ diligentissime scriptum.caput est qd' pertinetad minuẽdos sumptus ciuitatũ:quo in capite sunt quedẽ noua salutaria ciuitatibus:qbus ego magnope delector . Hoc uero ex quo suspicio nata est:me exquisiuisse aliquid:in quo te offenderem:translatitium est.Neq; enim eram tam desipiens:ut priuatæ rei causa legari putarem:qui & tibi non priuato:& pro re non priuata sua:sed publica non in priuato : sed in publico orbis terræ consilio: idest in senatu:ut gratias agerent : mittebantur.

in Raudensem improbat.Certũ autẽ est Verg.in geor.dixisse Memini Coritiũ uidisse senẽ:& Persiũ. memini somniasse:sed frequentior est per p̃sens locutio:Dixi sup.studia eoꝝ qui ire aut mittere uolebãt : placere mihi/q; essent grati in te benemerito:sed sup.dixi:consiliũ totum.s.de mittẽdis lægatis uideri minime necessarium.Si autẽ uellent declarare offiñ suũ in eo.s.ꝓsilio aut incœpto:dixi sup.me laudaturũ siquis functus esset officio.s.legationis Romã tui laudandi gr̃a:suo.i.ꝓprio sumptu:non ciuitatũ egentiũ:&dixi concessurũ si sup.functus esset suo sumptu legitimo.i.rõnabili/qualẽ leges permittũt & sup.dixi me:non pmissurũ si infinito.s.sumptu:qa cederet in detrimentũ reipu.cui expedit ut unusq;q; re sua bene utatur.Disputaui aũt publice aut fateor me disputasse publice:quid eñ põt reprehendi.s.in meo facto:nisi q; addas uisum esse qbusdam edictũ meũ esse accõmodatũ.i.applicatũ:quasi consulto.i.ꝓsilio præuio ad istas legationes ĩpediẽdas? Iã uero ii q hæc disputant.i.uariis sermonibus agitant:non uident' mihi facere iniuriã:tantũ.i. intantũ:q̃.i. q̃tũ: sup.is si cuius.i.siqs talis sit q; eius aures patent ad hãc disputationẽ:tacite notat Appiũ:q detractores libẽter audit:modestius tñ dicit:si cuius q̃ si diceret ut multi legunt q̃ ii quoꝝ&c.aut is cuius &c. Ego cõposui edictũ Romæ.i.cũ adhuc Romæ essem:nec qcq̃ de legatiõibus istis suspicarer.& nihil addidi:nisi id qd' publicani.i. qui pub.ut uectigalia cõducunt & tractant:rogarunt me:cũ uenissent ad me Samũ.i.in eã urbẽ insulæ eiusdẽ noĩs:sed urbs etiã same dicit':insula tñ samos:ut transferrẽ.i.trãsmutarẽ:de tuo edicto in meũ.s. edictũ scriptum diligẽtissime:totidẽ uerbis:quot esset scriptũ in tuo edicto: hoc est ut qd' erat in tuo edicto:ponerẽ alit' in meo:& sup.illud qd' uoluerunt transferri:est caput.i.capitulũ:qd' pertinet ad minuẽdos sumptus ciuitatũ: in quo capite sunt q̃dam noua/salutaria ciuitatibus qbus ego delector magnope. Vero ꝓ sed:hoc ex quo suspicio nata est/me exqsiuisse.i.excogitasse aliqd/in quo offenderẽ te:est tralaticiũ.i.seu trãslatitiũ.i.fictitiũ et falso in me trãslatũ ex malicia eoꝝ qui talia cogitãt & faciũt.Neq; eñ erã tã desipiẽs ut putarẽ sup. eos legari cã rei ꝓuate q mittebant' ut gr̃as agerent:& tibi non ꝓuato sed pub.magr̃atu functo & nõ pro re ꝓuata sua.i. sibi ꝓpria sed sup.& nõ.s.gr̃as agerẽt:in ꝓuato.s.loco:sed in pub.ꝓsilio orbis terræ.i.in senatu.s.Romano.

Neq; eñ cum edixi:ne quis iniussu meo ꝓficisceretur: exclusi eos q me in castra:& qui trans Taurũ pseq nõ possent.Nã id est maxime in tuis literis irridendum. Quid eñ erat q; me persequerent' ĩ castra:Taurumue transirent? cũ eo Laodicea usq; ad Iconiũ iter ita fecerim:ut me oĩum illarũ diœcesiũ quæ cis Taurũ sũt oĩumq; earũ ciuitatũ magistratus:legatiõesq; conuenirent:nisi forte postea cœperũt legari q̃ ego Taurũ transgressus sum:qd' certe non ita est.Cũ eñ Laodiceæ cũ Apameæ:cũ Synadis:cũ Philomeli : cũ Iconii essem:qbus in oppidis oĩbus cõmoratus sum : oẽs iã istius generis legationes erant cõstitutæ. Atq; hoc tamẽ te scire uolo:me de isto sumptu legationũ:aut minuẽdo:aut remittẽdo decreuisse nihil : nisi q; p̃ricipes ciuitatũ mane postulassent:ne in uẽditionẽ tributoꝝ & illã acerbissimã exactionẽ:quã tu nõ ignoras capitum:atq; ostioꝝ inducerent' sumptus minime necessarii.Ego autẽ cũ hoc suscepissem:nõ solũ iustitia:sed etiã misericordia adductus : ut leuarẽ miseriis ꝑditas ciuitates:&perditas maxime ꝑ magistratus suos:non potui in illo sumptu nõ necessario negligens esse.Tu cũ istiusmodi sermões ad te delati de me sunt:nõ debuisti credere.Si autẽ hoc genere delectaris:ut q̃ tibi ĩmentem ueniant:aliis attribuas:genus sermonis ĩducis in amicitiã minime liberale: Ego si in ꝓuincia de/

Samos

Persequi

Diœcesis

Philomelũ

Neq; eñ cũ edixi.i.publico mãdato iussi:ne quis ꝓficisceret'.s.Romã iniussu.i. sine iussu meo exclusi eos qui non possent pseq.i. ad finẽ usq; seq . Non eñ semp in malũ accipiẽt:me in castra:&q non possent pseq me trans Taurũ.s.montem:qa qui nequis dicit oẽs includit sub uetatiõe sua.Nã.i.maxime ridẽdũ in literis tuis.Scripserat eñ Appius mordendo Ciceronẽ q; cũ ꝓhibuisset quẽq̃ iniussu suo ꝓficisci Romã non ꝓhibuerit,ꝓficisci secũ in castra & trans Taurũ:imo dicit Cicero generalẽ se fecisse ꝓhibitionem: neq; opus fuisse ut legationes mitterentur secũ aut in castra aut trãs Taurũ. Quid eñ erat q;.i.ꝓpter qd' persequerent' in castra:uel ꝓ uel/trãsirent Taurũ : nomẽ est maximi mõtis armeniã a Cilicia dirimẽtis:cũ ego fecerim iter: Laodicea.i.ab ea urbe anthiochiæ aut Siriæ seu Phrigie maioris. usq; ad Iconium oppidũ Cappadociæ:ita ut magr̃atus & legationes oĩm diœcesiũ.i. iurisdictionũ ac gubernationũ : a uerbo ΔΙΟΙΚΕΩ diœceo qd' est guberno:unde secũda ꝓ œ scribit':& tertia græcis ꝓ η & ita ambe sunt lõge:estq; ΔΙΟΙΚΗΤΙΣΙΣ diœcesis dispositio. gubernatio iurisdictio:quæ sunt cis.i.citra taurũ : & oĩum illarũ ciuitatũ:conuenirent me.s. agẽdi mecũ de rebus suis gr̃a : nisi forte legati sup.cœperunt legari .i. mitti postea q̃ ego trãsgressus sum Taurũ:qd' certe nõ est ita. Cum eñ eẽm Laodiceæ:cum eẽm Apameæ cũ:repete eẽm:synadis:cũ.s.eẽm philomeli cũ essem Iconii:quæ sunt oppida iã nota in ꝓuincia sita:Iconiũ qdem in Cappadocia: Philomelũ in phrigia.s.maiore: qd' situ est in magna planicie a septẽtrione:cætera ꝑus

Synnada dicta ſunt. Synnada qdem urbs eſt aſiatica ad Cariæ fines: & ut Strabo dicit nō magna eſt: ad quā planicies iacet oleis cōſita. lx. fere ſtadiorꝫ. Vlterius eſt dorci uicus & Synnadici lapidis fodina. De declinatiōe autem neqꝫ hæſites: qa Cicero ſynnadis aduerbialiter dicit credā uti ablatiuo pl'ali ut ſit ntūs ſynnada ſynnadorꝫ: Calepin' tū dicit apd' Sydoniū declinari ſynnas ſynnadis: qd' hic dici nō poſſet: nā ab eo ntō diceret' hic ſynnade aut ſynnadi nō ſynnadis: in qbus omnibus oppidis ego cōmoratus ſum. i. morā traxi: oēs legationes iſtius generis. ſ. q̄ mitterent' tui laudandi gr̄a: erant conſtitute. i. tranſactæ: Atqꝫ ego uolo te tamē ſcire hoc me nihil decreuiſſe. i. decreto cōſtituiſſe: de iſto ſumptu legationū aut minuēdo aut remittendo. ſ. illis q eo onerabātur: niſi qd' p̄ncipes ciuitatū poſtulaſſent mane. i. matutino tēpore eius diei quo decreuerā ne ſumptus minime. i. oino nō neceſſarii: inducerētur in uenditionē tributorꝫ: interdū eēm tributa uendūtur & q ea emunt acerbiſſime exigūt & illā acerbiſſimā exactionē capitū atqꝫ oſtiorꝫ. i. de ſingulis capitibus atqꝫ oſtiis domus: quā tu non ignoras: qa eius tēpore uigebat/ aut ab eo aut eius gratia inſtituta erat. Ego aūt cum ſuſcepiſſem. i. faciendū recepiſſem hoc. ſ. ne fierēt ſūptus non neceſſarii: adductus. ſ. ad hoc non ſolū iuſtitia q̄ nimiā exactionē p̄hibet: ſed etiā miſericordia: ut leuarem. i. deonerarē miſeriis: ciuitates perditas. i. pereūtes & pditas maxime per magr̄atus ſuos: non potui negligens eſſe in illo ſumptu nō neceſſario. ſ. uetando: Tu cū ſermones iſtiuſmodi. ſ. detractorii & inimicitiarū generatiui eſſent delati ad te de me nō debuiſti credere. Si autē delectaris hoc genere. ſ. fictionum aut ſermonum: ut attribuas aliis. i. dicas tibi dicta eſſe ab aliis: quæ ueniant tibi in mentem. i. quæ putaris dicta aut facta eſſe potuiſſe: tu inducis in amicitiā genus ſermōis minime. i. nequaq̄ liberale. i. libero hoīe dignū. Si ego cogitaſſem unq̄ detrahere de tua fama in p̄uīcia. i. cū eēm i p̄uīcia nō tuliſſē ad Cn. Lētulū generū tuū. i. ad iudiciū & uolūtatē generi tui Cnæi lētuli: neqꝫ ad libertū tuū. ſ. Phānīā Brūduſii. i. cū adhuc eēm Brūduſii q̄ eſt urbs Italiæ: neqꝫ a d p̄fectū fabrū pro fabrorꝫ Corcyræ. i. cū eēm Corcyræ aut in Corcyra īſula: in quē locū uelles me uenire. ſ. ad conueniendū te: aut ut conueniar a te. Quare tu potes doctiſſimis hoībus authoribus. i. id ap probantibus: quorꝫ. ſ. authorum libri ſunt. i. extant ſcripti p̄clariſſime de amicitia gerēda: tollere hoc totū genus orationis. ſ. quale eſt dicētium. Sup. homines aut inimici diſputabant. ſ. de alicuius perfidia. Ego diſſerebam. i. diuerſa ab eis aſſerebā contra. Ipſi dicebāt. ſ. aliquid mali de te aut de alio: ego negabā. Talia eēm ſolēt dicere qui uolunt uideri amici cū non ſint: qa fingunt ſe refelliſſe ea quæ nunq̄ dicta ſunt: ut nō ipſi ſed alii ea dixiſſe putētur: ſic tamē ut licet dicāt ſe cōtradixiſſe putent inimicos illorꝫ de qbus talia dicta narrāt: uera cēſere non oēs intelligunt hunc locū. An o Appi: putas nihil unq̄ eſſe dictum mihi de te? ne qdem. i. non ſaltem hoc: q̄ cū uoluiſſes me uenire Laodiceā: ipſe tranſiiſſes Taurū: & q̄ meus cōuentus. i. iuriſdictio erat Apameæ: ſynnadis: philomeli: & tuus conuētus erat Tharſi iiſdē diebus: qd' argumentum erat te nolle prouincia decedere: Non dicam plura. ne uidear imitari idipſum in quo ego obiurgem te. Ego dicam illud ut ſentio: ſi ipſe. i. tu: ſentis. i. ex ſententia tua aſſeris iſta quæ dicis alios loqui: eſt tua ſumma culpa: ſinautem. i. ſed ſi: alii loquūtur hæc tecum: tamen tua culpa eſt nōnulla. i. ex aliqua parte/ q̄ audis: ſcilicet tales.

Mea ratio. i. forma faciendi & dicēdi reperiet' conſtans & grauis in tota amicitia nr̄a. qd' ſi qs fingit me aſtutiorē. i. callidiorem: qd' pōt eſſe incallidius. i. magis non callidū: hoc eſt ſtultius & ſimplicius: q̄ cū ego defēderim ſemp te abſentē: p̄ſertim cū ego nō arbitrabar uſuuētūrum. i. euētūrum mihi: ut ego eēm defendēdus a te abſens: ego cōmitterē nunc ut tu poſſis optimo iure. i. æqſſimis rōnibus deſerere me abſentē. i. exiſtēte in p̄uīcia: Ego excipio unū genus ſermōis. i. nihil dico de eo in quo aliqd dicitur perſæpe qd' putē te nolle dici. i. ut dicatur. ſi

trahere de tua fama unq̄ cogitaſſem: nō ad generum tuū Cn. Lentulū: neqꝫ ad libertū tuū Brūduſii: neqꝫ ad p̄fectū fabrū Corcyræ: quē in locū me uenire uelles: retuliſſem. Quare potes doctiſſimis hoībus authoribus: quorꝫ ſunt de amicitia gerenda p̄clariſſime ſcripti libri genus hoc totū oratiōis tollere. Diſputābāt: ego cōtra diſſerebā. dicebāt: ego negabā. An mihi de te nihil eē dictū unq̄ putas? ne hoc qdē: q̄ cū me Laodiceā uēire uoluiſſes: Taurū ipſe trāſiſſes? q̄ iiſdē diebꝰ meus cōuētus erat Apameæ Synadis. Philomeli: tuus Tharſi. Nō dicā pl'a: ne ī quo te obiurgē idipſm uidear imitari. Illud dicā: ut ſentio: ſi iſta: q̄ alios loq dicis: ipſe ſentis: tua ſūma culpa eſt. ſinautē alii tecū hæc loquūtur: tua tamē q̄ audis: culpa nonnulla eſt.

Mea rō in tota amicitia noſtra cōſtans: & grauis reperiet'. qd' ſi qs me aſtutiorē fingit: qd pōt eſſe īcallidus q̄ cū te abſentē ſemper defenderim: cū p̄ſertim mihi uſuuētūrū nō arbitrarer: ut ego quoq̄ abſens a te defendendus eēm: nūc cōmitterē: ut tu iure optimo me abſentē deſerere poſſes? Vnū genus excipio ſermonis in quo ſæpe aliqd dicitur: qd' te putem nolle dici: ſi aut legatorꝫ tuorꝫ qſpiā: aut prefectorꝫ: aut tribunorū militum

militum male dicit: qd' tū ip̄m nō me Hercule adhuc accidit me audiente: ut aut grauius diceret': aut impurius: q̄ mecū Corcyræ Clodius eſt locutus: cū in eo genere maxime q̄rerēt' te aliorꝫ īprobitate minus fælicē fuiſſe. Hos ergo ſermones q̄ & multi ſunt & tuā exiſtimationē: ut ego ſentio: nō offendunt: laceſſiui nunq̄ ſed nō ualde repreſſi. Siqs eſt: q neminē bona fide ingratiā putet redire poſſe: nō noſtrā is perfidiā coarguit: ſed indicat ſuā: ſimulq̄ nō de me iis peius: q̄ de te exiſtimat. Sinautē quē mea inſtituta in p̄uincia nō delectant: & quadā diſſimilitudine inſtitutorꝫ meorum: ac tuorꝫ lædi ſe putat: cū uterq̄ noſtrum recte fecerit: ſed nō idē uterq̄ ſecutus ſit: hūc ego amicū habere nō curo. Liberalitas tua ut hoīs nobiliſſimi: latius in p̄uincia patuit: noſtra ſi anguſtior: & ſi de tua p̄lixa/ beneficiaq̄ natura limitabit aliqd poſterior annus propter quādā triſtitiā tēporꝫ: nō debēt mirari hoīes: cū & natura ſemper ad largiendū ex alieno fuerim reſtrictior & tēporibus quibus alii mouētur iiſdem ego mouear me eſſe acerbū ſibi ut ſim dulcis mihi. De rebus urbanis q̄ me certiorem feciſti: cū per ſe mihi gratum fuit: tum q̄ ſignificaſti tibi omnia mea mandata curæ fore. In quibus unum illud te p̄cipue rogo: ut cures ne quid mihi ad hoc negocii: aut oneris accedat: aut tēporis. Hortenſiumq̄ noſtrum collegā: & familiarem roges: ut ſi unq̄ mea cauſa quicq̄ aut ſenſit: aut fecit: de hac quoq̄ ſententia bima diſcedat: qua mihi nihil poteſt eſſe inimicius. De noſtris rebus quod ſcire uis: Tharſo nonis octobris Amanū uerſus p̄fecti ſumus. Hæc ſcripſi poſtridie eius diei: cū caſtra haberē ī agro Moſeſtiæ. Si quid egero: ſcribā ad te: neqꝫ domū unq̄ ad meos/ literas mittā: quin adiungā eas: q̄s tibi reddi uelim. De parthis quod quæris: fuiſſe nullos puto: Arabes: qui fuerunt admixto parthico ornatu dicunt' omnes reuertiſſe. Hoſtem eſſe in Syria negant ullum. Tu uelim ad me q̄ ſepiſſime: & de tuis rebus ſcribas: & de meis: & de omni reipu. ſtatu de quo ſum ſollicitus eo magis q̄ ex tuis literis cognoui Pompeium noſtrum in Hiſpaniam iturum. Vale.

aut quiſpiā legatorꝫ tuorum. i. qui tui in p̄uincia legati fuerāt: aut tribunorꝫ militum male dicit. ſ. de te: qd' ip̄m. ſ. maledicere de te: me hercule: nō accidit adhuc me audiēte ut ſup. qcq̄ diceret' aut graui'. i. moleſtius: aut īpurius. i. obſcœnius. ſ. de te: q̄ Clodius ſ. Lētulus eſt locutus mecū Corcyræ: cū q̄rerēt'. i. cōquereret' maxīe in eo genere. ſ. ſermonis te fuiſſe minus fælicē. ſ. in gubernāda p̄uincia: īprobitate. i. p̄pter īprobitatem aliorꝫ: hoc aūt dicēdo: ſignificauit nō bene rexiſſe p̄uinciā: nō eēm infælix eſt q bene regit. Ego nūq̄ laceſſiui i. p̄uocaui hos. i. huiuſmodi ſermones de te: q̄ īpi ſunt. & i. ſil: multi: & ita nō erant laceſſendi. i. captandi aut p̄uocādi cū gratias fierēt: & q̄ nō offendūt exiſtimationē. i. authoritatē tuā: neſcio an rectius legatur æſtimatiōem tui: ut ego ſentio: ſed ego non repreſſi ualde. i. permiſi eos fieri. Si quis eſt qui putat neminē poſſe redire in gratiā bona fide: ideſt ſine deceptione: is non coarguit perfidiam noſtram: quia non ſumus tales: aut non ſcit nos tales etiam ſi ſumus: ſed indicat ſuam: ſcilicet p̄fidiam: ſimul: ideſt & ſimul: is: ideſt talis: nō exiſtimat: ideſt iudicat: peius de me q̄ de te. Sinautem: ideſt ſed ſi mea īſtituta: ideſt mores mei: in prouincia: non delectant: quem: ideſt aliquē: ac putat ſe lædi quadā diſſimilitudine inſtitutorꝫ meorꝫ. i. morꝫ meorum aut rerū inſtitutarū a me: cū uterq̄ nr̄m fecerit recte: ſed uterq̄ nr̄m: non ſit ſecutus idē: ego non curo habere hunc. i. hmōi amicum. Liberalitas patuit latius in prouincia: ut hoīs nobiliſſimi: ſi noſtra ſup. liberalitas erit aut patebit anguſtior. i. ſtrictior & minus lata: & ſi ānus poſterior. i. q tuū annū ſecutus eſt. Tacite aūt taxat p̄fuſionē Appii: Quia ſicut agricolis raro ſunt duæ meſſes fertiles cōtinue: eo q̄ p̄oris abundātia fœcūditatē terræ exhaurit: itā cū Appius āno ſuo quem fertilē cēſet/ tm̄ pecuniæ exhauſerit: non eſt mirādū ſi poſterior ſit ſterilis: limitabit. i. arctabit & reſtringet/ aliquid: de tua natura. i. tuo ingenio: p̄lixa. i. larga: Vnde Comicus: Accipit nemo p̄lixus: quod tū ad tp̄s referri pōt: & beneficia. i. inclinata ad benefaciendū: limitabit dicit/ p̄pter quādā triſtitiā. i. infælicitatē & infœcunditatem tēporum: qa ſicut læta dicimus quæ fœcūda ſūt: ita triſtia q̄ ſteriliaſane argute uitia appiana ī tpa trāſfert: hoīes nō debēt mirari: cū ego fuerim ſemp reſtrictior. i. parcior: & i. ſimul natura. i. per naturā & indolē meā: ad lagiēdum ex alieno: qd' Appius fecit: & i. ſimul: mouear. i. cōmouear iiſdē tpibus. ſ. triſtibus

Prolixus

Triſtitia

quibus alii mouētur me eſſe acerbum ſibi. i. eo q̄ ſum acerbus ſibi: ut ſim dulcis mihi. i. ut non ledam conſciētiam meam largiēdo de alieno: Vnde qa non largior qbus Appius largitus es: ſum illis acerbius: aut mihi qa

rectæ ſentētiæ conſcius ſum:dulcis ſum.Sunt qui in emēdatis codicibus ſcriptum aſſerant:nō:eſſe acerbū ubi nos legimus me eſſe acerbū:dicātq; ſenſum aliter ſtare nō poſſe:ſed ego contra ſentio. qd' feciſti me certiorē de rebus urbanis cū.ſ.ita ſit q; fuit gratū mihi per ſe:tū ſup.magis fuit gratū:q;.i.qa ſignificaſti oīa mandata mea fore tibi curæ.In qbus.ſ.mandatis:ego rogo te illud unū p̄cipue/ut cures ne qd aut oneris aut temporis i.prorogationis:accedat.i.addatur mihi:ad hoc negocii.ſ.,puincialis.&:ſup.ut roges Hortenſiū collegam noſtrum:in auguratu:& familiarē:ut ſi unq̄ aut ſenſit/aut fecit quicq̄ mea cā:decedat quoq;.i.etiā de hac ſententia bima.i.biēnii mihi prorogādi:qua.ſ.ſentētia nihil poteſt eſſe mihi inimicius.i.magis contrariū.Quod uis ſcire de rebus noſtris:Nos ſumus ,pfecti Amanū uerſus:ſemper poſtponit' uerſus:& eſt Amanus mons inter Ciliciā & Anthiochiam:Tarſo ex ea urbe Ciliciæ:nonis octobris.Ego ſcripſi hæc poſtridie eius die.i.diei ſequente nonas octobris:cū haberem caſtra in agro Moſeſtiæ que in aſia eſt:Scribam ad te ſi egero quid.i.aliquid:neq; mittam unq̄ literas domū ad meos:quin adiungam ſup.literas quas uelim reddi tibi. Id qd' quæris de parthis:an.ſ.uenerint contra Romanos:ego puto nullos.ſ.parthos fuiſſe:& arabes qui fuerūt parthico ornatu admixto:quia partim ueſtiti erant more parthico:dicuntur omnes reuertiſſe ſup.ſe.in patriam.Negant ſcilicet homines aut exploratores:ullum hoſtem eſſe in Syria:Ego uelim ſup.ut tu ſcribas ad me q̄ ſæpiſſime.i.ualde ſæpe:& de tuis rebus:ſcilicet priuatis & de meis:& de omni ſtatu reipub.de quo ſum ſollicitus:eo magis q; cognoui ex literis tuis Pompeium noſtrum.ſ.cōmunem amicum:iturum in Hiſpaniam.

M.T.C.Appio Pulchro.S.P.D.

QIx tandē legi literas dignas Appio Clodio plenas humanitatis.officii:diligētiæ.Aſpectus uidelicet urbis tibi priſtinā urbanitatē reddidit. Nam quas ex itinere anteq̄ ex Aſia egreſſus es ad me literas miſiſti:unas de legatis a me prohibitis proficiſci:alteras de Apameorum ædificatione impedita:legi perinuitus.Itaq; conſcientia mea conſtantis erga te uoluntatis reſcripſi tibi ſubiratus:his uero literis lectis:quas Philotimo liberto meo dediſti cognoui:intellexiq; in prouincia multos fuiſſe:qui nos quo animo inter nos ſumus eſſe nollent. Ad urbem uero ut receſſeris uel potius:ut primum tuos uideris cognoſſe te ex iis:qua in te abſentē fide:qua in omnibus officiis tuendis erga te obſeruantia:& conſtātia fuiſſem. Itaq; quanti illud me æſtimare putas:quod eſt in tuis literis ſcriptū:ſi quid inciderit:qd' ad meam dignitatem pertineat etſi uix fieri poſſet tñ te parem mihi gratiam relaturū? Tu uero facile facies. nihil eſt em̄:qd' ſtudio & beneuolētia uel amore potius effici nō poſſit. Ego:& ſi ipſe ita iudicabā:& fiebam crebro a meis per literas certior:tñ maximā lætitiā cepi ex tuis literis de ſpe mīme dubia:& plane explorata triūphi tui: Neq; uero ob eā cām:quo ipſe facilius cōſequerer(nā id qdem ΕΠΙΚΟΥΡΕΙΟΝ eſt)ſed me hercle q; tua dignitas: atq; amplitudo mihi eſt ipſa chara per ſe. Quare qm̄ plureis tu habes q̄ cæteri:quos ſcias in hāc ,puinciam proficiſci: q; te adeunt fere omnes: ſi quid uelis gratiſſimum mihi feceris: ſi ad me: ſimul atq; adeptus

eris:quod

eris:qd' & tu confidis:& ego opto:literas miſeris. Lōgi ſubſellii (ut noſter Pōpeius appellat) iudicatio & mora ſi quē tibi itē unum: alterumue diem abſtulerit (qd em̄ poteſt amplius?) tua tñ dignitas ſuū locū obtinebit. Sed ſi me diligis:ſi a me diligi uis:ad me literas:ut q̄ primū lætitia afficiar mittito. Etiā uelim reliquū:quod eſt ,pmiſſi ac muneris tui:mihi perſoluas: cum ipſam cognitionē iuris augurii conſequi cupio: tum me hercle tuis incredibiliter ſtudiis erga me:muneribuſq; delector. qd' autem a me tale quiddam deſyderas:ſane mihi conſyderādum eſt quonā te remunerer potiſſimum genere. Nam profecto non eſt meū qui in ſcribendo (ut ſoles admirari) tātum induſtriæ ponam:cōmittere:ut negligens in ſcribēdo fuiſſe uidear:p̄ſertim cū id nō modo negligētis:ſed etiam ingrati animi crimen futurum ſit. Verum hoc uidebis.

ximi. Verū.i.ſed:tu facies facile.ſ.id qd' uix fieri poſſe dixeras:em̄.i.qa:nihil eſt qd' non poſſit effici ſtudio &beneuolētia:uel potius amore:Ego & ſi/ipſe.i.ego p me: iudicabā ita: & fiebā crebro.i.freqnt' certior p lr̄as a meis.ſ.datas ad me:tñ ego cepi maximam lætitiam ex lr̄is tuis de ſpe triūphi tui minime dubia& explorata.i.tāq; explorata p̄ſpecta.Neq; uero ſup.cepi maximā lætitiā de ſpe triūphi tui:ob eam cām quo.i.ut ipſe.i. ego/p̄ſequer.i.obtinerē facilius.ſ.triūphū ī p̄ſili negocio:Nā qdē.i.certe id.ſ. lætari de bonis amici q̄tenus ad ſuū cōmodū:faciant: eſt ΕΠΙΚΟΥΡΙΟΝ.i.epicureū &ad epicureos p tinens q oīa ad ſuā uoluptatē & cōmoda ,ppria metiunt' bona:ſed me hercle:ob eam: ſup.cām lætabar:q; dignitas tua atq; amplitudo ipſa eſt.chara mihi p ſe.i.etiā ſine reſpectu cōmodi mei. Dixi prius raro Cicero nē cōponere ,pnomen ipſe & ſe:unde nō dixit p ſeipſam:ſed ip̄a p ſe:Quare qm̄ tu habes plēs q̄ cæteri:q̄s ſcias,pficiſci in hāc ubi ego ſū:,puciā uidelicet in Ciliciā:q;.i.qa fere oēs ueniētes.ſ.in Ciliciā adeūt te.ſ.ſiſcitantes ſiqd uelis:tu feceris mihi gratiſſimū/ſi miſeris ad me lr̄as ſil/atq;.i.ſtatim poſtq̄:aut eodē tēpore: quo adeptus eris id qd' & tu confidis.ſ.te adepturū eſſe:& ego opto:uidelicet triūphū. Iudicatio &mora longi ſubſellii.i.plurimoꝝ qui in ſubſelliis ſunt qui & multi ſunt & diu cōſulant cū ſi perperā iudicent facile reprehēdantur:ut Pompeius noſter.ſ.cōmunis amicus/appellat:ſi abſtulerit tibi quē.i.aliquem diē.ſ.prius q̄ triumphus:item.i.ſimiliter adhuc unū diem ue pro uel alterū.i.tertiū:quid em̄ poteſt amplius.ſ.auferre.q.d.nihil: tamē dignitas tua tenebit ſuū.i.ſibi debitū locū.i.ſtatutū triumphū.Sed ſi tu diligis me:& uis diligi a me:mittito ad me literas ut afficiar lætitia.i.læter q̄primū.i.ualde cito. Etiā uelim perſoluas mihi reliquū qd' eſt promiſſi ac muneris tui:hoc eſt qd' de augurali ſcientia te perfecturū promiſiſti:qd' tamē qa priuſq̄ ,pmitterer nō debebat:addit ac muneris. In ſupībus autē conſtat librum de augurali ſcientia Appiū Ciceroni dicatū miſiſſe Nam ſup.cum ita ſit q; cupio conſeq ipſam cognitionē iuris augurii:tū me hercule:ſup. multo magis eſt: q; delector incredibiliter ſtudiis tuis erga me & muneribus tuis.qd' aūt deſideras a me qddā tale.i.lr̄ariū munus tibi nūcupatū:ſane.i.ualde cōſyderandū eſt mihi quonā gñe potiſſimū.i. e plurimis:ego remunerer.i. referē do munus donē te.Nā,pfecto:nō eſt meū.i.officii mei:q ponā ut ſoles admirari tñ induſtriæ.i.ſtudioſæ opæ: ī ſcribēdo:cōmittere.i. pati ut uidear fuiſſe negligēs in ſcribendo:p̄ſertim cū id futurum ſit crimen non modo i.non ſolum animi negligentis:ſed etiā ingrati:uerū.i.ſed nos uidebimus hoc.i.quid de hoc agemus.

Illud qd' polliceris &c.Sunt q putēt de augurali adhuc libro perficiēdo loq: & ita legunt Enitare autem &c.quaſi duo p̄ceē' alii utrūq; ad ſupplicationē referūt ſic.Ego uelim cures & ſup.enitare:illud qd' polliceris ſ.te curaturū:pro fide & diligentia tua:& ,p noſtra amicitia non inſtituta.i.incæpta ſup. nup:ſed iā inueterata.i. lōga conſuetudine firmata:ut ſupplicatio.i.ut dicūt totius populi ut nunc fit in ,pceſſione generali gr̄aꝝ actio pro re bene geſta:decernat'.ſ. per ſenatuſcōſultum nobis q̄ honorificentiſſime & q̄primum:ego miſi: ſcilicet ad ſenatū de uictoria:omnino ſerius.i. tardius q̄ uellem literas. In quo.ſ.in mittēdis lr̄is:cū.ſ.ita fuerit q; difficultas nauigādi fuit odioſa.i. moleſta nobis:tū ſup.magis odioſū fuit q; credo lr̄as meas incidiſſe in ip̄m diſceſſum ſenatus.i.cū uacatiōes fierēt in ſenatu:nō em̄ ſemp ſenatus cogebat'. alii aliter intelligūt. Sed ego feci id.i. ſerius miſi lr̄as meas adductus.i.p̄ſuaſus & ad hoc inductus authoritate

Illud qd' polliceris:uelim pro tua fide diligentiaq; & pro noſtra nō inſtituta: ſed iam inueterata amicitia: cures:enitare ut ſupplicatio nobis q̄ honorificentiſſime:q̄ primūq; decernat'. Oīno ſerius miſi literas/q̄ uellē/in quo cū difficultas nauigādi fuit odioſa:tū in ipſum diſceſſum ſenatus incidiſſe credo meas literas. Sed id feci adductus authoritate & cōſilio tuo/Idq; a me recte factū puto/q; nō ſtatim ut ī̄pator appellatus ſum aliis rebus additis/æſtiuiſq; cōfectis literas miſerim. Hæc igit' tibi erūt curæ:quē admodū oſtēdis:me/q; totū & mea & meos cōmendatos habebis. Vale.

& consilio tuo:& puto id factũ a me rectũ:q̃ non miserim statim ut sum appellatus.s.ab exercitu pro iusta uictoria:impator:Obtenta em̃ legitima uictoria solebat exercitus ducẽ suum salutare imperatorem/& non aliter:lr̃as.s.ad senatũ aliis rebus additis & æstiuis cõfectis.i.eo q̃ aliæ res etiã honore dignæ sint additæ:& æstiua iam sint ꝓfecta:ut nõ sit timor de nouo bello.Igit' hæc erũt tibi curæ.i.ad curã:quẽadmodũ ostendis:& habebis me totũ & mea.s.negocia aut bona:& meos.s.amicos & necessarios cõmendatos.s. tibi.

QVm est ad nos. Cũ intellexisset Cicero Appiũ ambitus accusari consolatur eũ dicẽs se confidere eã curã& iniuriã aliq̃ ad honorẽ eius facturũ.Et qa triũphũ sibi ĩ uidoꝫobtrectatiõe ereptũ q̃stus erat:hortatur magno id aio ferat:pollicet' se eius nomen in ꝓuincia ꝓtecturũ.Rogat deide Appiũ ut det operã neqd sibi tpis adꝓuinciam ꝓroget'.Dicitq̃ se nõ mirari fauorẽ oĩm ordinũ in Appiũ cum eo dignissimus sit. Postremo accuratissime attestat' se nõ ipediuisse legationẽ ꝓuincialiũ ad laudãdũ Appiũ ĩ senatu mittẽdã ut cũ ordine patebit . Ordo aũt est.Cũ.i.quãdo allatũ ẽ ad nos:Sũt q̃ legant cũ nobis allatũ est:cuius eadẽ est sn̄ia: sed forma dicẽdi minus Ciceroniana:de temeritate eoꝝ q̃ facesserint .i. fecerit tibi negociũ.i.curã & molestiã purgandi te de crimine ambitus:quo accusabant' q̃ largitionibus ꝑcibus:minis ꝓmissis:aliisq̃ corruptiõibus:magr̃atũ petebãt:cuius cõuicti de saxo tarpeio:ut Mallius Capitolin' olim ꝑcipitabant':etsi.i.q̃q̃ cõmotus sũ grauiter primo nũcio:q̃.i.qa nihil potuit accidere:tã.i. tãtũ ꝓtra opinionẽ meã:q̃ sup.illud tn̄:ut.i. post q̃ collegi me.i.uires ai mei ex ea cõmotiõe cætera.i.q̃ restarẽt.s.ut absoluaris:uidebantur mihi facillima q̃ habebã maximã spem in teipso.i.in inocẽtia ac dignitate tua:& magnã spẽ ĩ tuis.s.amicis & necessariis& mlta ueniebãt mihi in mẽtẽ.i. occurrebãt cogitatiõi meæ quãobrẽ.i.ob q̃:putarẽ istũ laborẽ: s.purgãdi:fore.i.futurũ eẽ tibi etiã.i.insup: honori.i.ad honorẽ.Ego tuli.i.passus sum: illd' plane.i.oĩno molestẽ:q̃ uidebã trũphũ certissimũ & instissimũ esse ereptũ tibi:hoc cõsilio inuidoꝫ.qd'.i.quã ereptionẽ triũphi factã eẽ tibi:si tu facies.i.æstimabis tãti:quãti ego iudicaui semp faciẽdũ eẽ:hoc est minimi.Quia cicero nũq̃ in talibus fœlicitatẽ cõstituit:nec triũphũ iter expetẽda locauit: tu facies sapienter:& tu uictor.i.uoti cõpos spernẽdo.sicut Christiani boni uincũt mũdũ:ages triũphũ iustissimũ ex dolore inimicoꝝ.s.tuoꝝ:q̃bus dolebit q̃ tibi nõ doleat:& q̃ tã cõstanter cõtumeliã erepti triũphi feras.Ego em̃ uideo fore opus plane.i.oĩno:neruis.i.uiribus cõstantia:& sapiẽtia tua.uehemẽter:ut pœniteat.inimicos tuos:intẽperantiæ.i.ĩmodestie aut potius petulãtiæ & insolentiæ suæ.Ego obtestãs.i.in testimoniũ uocans oẽs deos ꝓmitto atq̃ cõfirmo tibi de me me suscepturũ pro dignitate tua:malo em̃ dicere sup.sic:q̃ pro salute.s.tua.i.q̃ dicere me suscepturũ pro salute tua:non em̃ putat salutẽ in periculo esse:aut si putat euitãdi mali omnis gratia dicere nõ uult: in hac prouincia cui tu præfuisti:officia atq̃ parteis .i. munera & debita obsequia:deprecatoris.i.precantis ne culpe detur:rogando.s.pro te:officia propinqui.s.consanguinitate:laborando s.pro te:officia hominis chari: ut spero.s.me eẽ apud ciuitates:authoritate.i.per authoritatẽ meã intercedẽdo:& officia ac parteis impatoris: graꝫuitate.i.per grauitatẽ qua utar in te laudando.Ego uolo sup.ut postules & expectes oĩa:scilicet officia a me: ego uincam.i.superabo cogitatiões tuas officiis meis.i.plus faciam pro te q̃ cogitare poteris. Quintus Seruilius reddidit

Cicero Appio Pulchro. S.P.D.

QVm est ad nos allatũ de temeritate eoꝝ q̃ tibi negociũ facesserint: etsi grauiter prio nũcio cõmotus sum q̃ nihil tã ꝑter opinionẽ meam accidere potuit:tn̄ ut me collegi cætera mihi facillima uidebãtur:q̃ & ĩ teipso maximã spem/& ĩ tuis magnam habebã:multaq̃ mihi ueniebãt in mẽtẽ:quãobrẽ istũ laborẽ:tibi etiã honori putarẽ fore.Illud plane mole ste tuli:q̃ certissimũ & iustissimũ triũphũ hoc iuidoꝫ cõsilio eẽ tibi ereptũ uidebã.Quod tu si tãti facies q̃ti ego semp iudicaui faciẽdũ esse:facies sapiẽter & ages uictor ex inimicoꝫ dolore triũphũ iustissimũ.Ego em̃ plane uideo fore neruis opus sapiaq̃ tua uehemẽter inimicos tuos pœniteat intẽperãtiæ suæ . De me tibi sic obtestãs oẽs deos ꝓmitto atq̃ cõfirmo me ꝓ tua dignitate(malo em̃ dicere q̃ꝑ salute)in hac ꝓuicia:cui tu ꝑfuisti:rogãdo deꝑcatoris:laborãdo ꝓpinq̃:authoritate chari hoĩs:ut spo:apud ciuitates grauitate ĩpatoris suscepturũ officia:atq̃ parteis.Oĩa uolo a me & postules & expectes:uincã meis officiis cogitationes tuas.Qu.Seruilius perbreueis a te mihi literas reddidit:quæ mihi tn̄ nimis longæ uisæ sunt : iniuriã enim mihi fieri putabã cũ rogabar.Vellẽ accidisset tẽpus in quo ꝑspicere posses q̃ti ego te : quãti Põpeiũ quẽ unũ ex oĩbus facio ut debeo plĩmi:quãti Brutũ facerẽ:q̃ꝑ q̃ꝑ in cõsuetudĩe quotidiana ꝑspexisses:sicut perspicies: sed quoniã accidit si qd a me ꝑtermissum fuerit commissum facinus & admissum dedecus confitebor.

uiliũs reddidit mihĩ a te.s.datas:perbreueis literas:quæ tamen uisæ sunt mihi nimis longe: ego enim putabã iniuriam fieri mihi cum rogabar.s.a te.Ego uellem sup.ut tempus accidisset in quo posses perspicere.i. clare uidere:quãti ego facerem te:quanti ego facerem Pompeiũ.s.socerum filiæ tuæ:quem unum omnibus:ego facio ut debeo plurimi:quãti facerem Brutũ:q̃q̃ perspexisses in quotidiana cõsuetudine.i.cõuersatione : si.s. in urbe fuissem:& perspicies.s.q̃n adero:sed qm̃ sup.tale tpus accidit:siqd.s.officii:fuerit ꝑtermissum a me : ego confitebor facinus.i.factũ turpe cõmissum & dedecus admissum.s.ad me.i.me incurrisse ipsum.

Pontinius qui a te tractatus est præstanti ac singulari fide : cuius tui beneficii sum ego testis prestat tibi memoriam:beneuolẽtiamq̃ quam debet:qui cum maximis rebus suis coactus a me inuitissimo decessisset:tamen ut uidit interesse tuam conscẽdens iam nauem: Epheso Laodicæã reuertit.Talia te cum studia uideã habiturum esse ĩnumerabilia:plane dubitare nõ possum : qn tibi amplitudini ista sollicitudo futura sit:si uero efficis ut censores creentur:& ita si ita gesseris cẽsuram/ut debes & potes:non tibi solum sed tuis omnibus uideo in perpetuum summo id presidio futurum.Illud pugna & enitere nequid nobis temporis prorogetur:ut cum hic tibi satisfecerimus : istic quoq̃ nostram in te beneuolentiam nauare possimus.Quæ de hominum atq̃ ordinum omnium erga te studiis scribis ad me:minime mihi miranda & maxime iucũda acciderunt:eademq̃ ad me perscripta sunt a familiaribus meis.Itaq̃ capio magnam uoluptatem cum tibi cuius mihi amicitia non solum ampla:sed etiam iucunda est:ea tribui quæ debeantur tum uero remanere etiam nũc in ciuitate nostra studia prope omniũ consensu erga forteis & industrios uiros:quæ mihiip si una semper tributa est merces laborum & uigiliarũ mearum Illud uero mihi permirũ accidit tantam temeritatem fuisse in eo adulescente:cuius ego salutem duobus capitis iudiciis summa contentione defendi: ut tuis inimicitiis suscipiendis obliuisceretur patroni omnium fortunarum ac rationum suarum : preseritim cum tu omnibus uel ornamentis : uel presidiis redundares:illi ut ĩeuissime dicam multa deessent : cuius sermo stultus / & puerilis erat iam antea ad me a M . Cælio familiari nostro perscriptus : de quo item sermone multa scripta sunt abs te . Ego autem citius cum eo qui tuas inimicitias suscepisset : ueterem coniunctionem dirimissem:q̃ꝑ nouã conciliassem . Neq̃ enim de meo erga te studio dubitare debes : neq̃ id

Pontinius.Argumẽto a bn̄uolẽtia Põtinii sumpto argumẽtat' mltoꝫ studiis rẽ Appii adiutũ iri.Fuerat is Põtinius cũ Appio ĩ Cilicia:& cũ discedere pararet:qa ĩtellexit appii ĩteresse ut illic diutius eius nomẽ defẽsurus maneret/ab itinere reuersus est. Ordo est.Põtini':opinor publicanũ eẽ:q̃ tractat' est a te ĩ Cilicia.s.ꝑstãti & singlari fide:cui' bn̄ficii tui.s.in eũ:ego sũ testis:ꝑstat.i. exhibet tibi mẽoriã.i.g̃titudinẽ : sicut memores gratos dicim':& bn̄uolẽtiã quã debet : q̃ cũ coactus maximis reb' suis decessisset a me ĩuitissimo:qa uoluissem eũ retinere:tũ ut.i. postq̃ uidit.i.cognouit ĩteresse tua.i.in re & utilitate tua eẽ reditũ suũ ĩ ꝓuinciã:ꝓscẽdẽs iã nauẽ.s.ut in Italiã trãsfretaret:reuertit.i. rediit Epheso Laodiceã.Cũ ego uideã te habiturũ eẽ innũerabilia talia studia.i.fauores in te:ego nõ possum plane.i.oĩno:dubitare qn ista sollicitudo sit futura tibi ãplitudini ĩ.ad amplitudinẽ & maiorẽ dignitatẽ. Si uero efficis ut cẽsores creent' : & si tu gesseris cẽsurã:q̃ uidet' ꝓseqns eẽ si cẽsores creentur Appiũ cẽsorẽ fore:qd' ex eo forte argumentat' Cicero:q̃ nouit Appiũ id maximope cõtendere:aut qa qui anno ꝑterito ꝓuinciam laudabiliter rexerit:cẽsurã fere adeptus sit ita ut debes ne a maioribus tuis ꝑcipue ab Appio Cæco degeneres:& potes qa uir prudẽs es:ego uideo id/futurũ sũmo ꝑsidio:nõ solũ tibi:sed sup.ẽt:oĩbus tuis.Sũt q̃ legant sũmo te ꝑsidio ut sit uideo te futurũ sũmo ꝑsidio &c.sed decẽtius dicit' q̃sturã laudabiliter gessisse:futurũ Appio ꝑsidio:q̃ ipsum Appiũ sibi.Pugna.i.q̃si pugnãdo cõtẽde & enitere illud:uidelicet neqd tpis ꝓroget' .i. ꝓlonget' nobis.s.in ꝓuincia:ut cũ satisfecerimus tibi hic:ubi nũc sum':possim' nauare.i.gnauiter exercere nr̃am beneuolẽtiã ĩ te:quoq̃.i.ẽt istic.s.Romæ ubi tu es.Ex hoc loco potuit Valla facile agnoscere quod de hic&istic ꝑcipit.Ea q̃ tu scribis ad me de studiis oĩm hoĩum atq̃ ordinũ erga te:acciderũt mihi mĩme mirãda:qa miramur quorũcãm ignoramus:aut q̃ tã magna sunt ut uix agnoscamus:aut tã bona ut imitemur:& acciderũt maxime iucũda:& eadẽ sũt ꝑscripta ad me a familiaribus meis.Itaq̃ capio magnã uoluptatẽ:cũ.s.ita sit q̃capiã uoluptatẽ ea tribui tibi q̃ debeãt' tibi cui' amicitia ẽ mihi nõ solũ ãpla.i.honorifica: sz ẽt iucũda:tũ uero.i.tũc magz uerũ est q̃ uoluptatẽ capiã

Memoria

Hic & istic

Miranda

ſtudia.ſ.hoīm:remanere etiã nũc.q.d.in p/
ditiſſimis tpibus:in ciuitate nſra:erga fortes
& īduſtrios.i.ſolertes uiros:ppe.i.q̃ſi cõſen
ſu oīm:q̃ merces.ſ. q̃ ſtudia hoīm fere ſint
erga fortes & īduſtrios:eſt tributa ſp mihi
īpſi:una.i.ſola/labor & uigiliarũ mearũ.
Vero.i.ſed:illud accidit mihi pmirũ.i. ual/
de mirũ:tantã temeritatẽ fuiſſe in eo adule
ſcẽte/cuius ſalutẽ.i.uitã: ego defendi ſũma
ꝓtẽtiõe in duobus iudiciis capitis.ī. in q̃bus
agebat̃ de piculo capitis eius:uidelicet Va/
tinii:ut ipſe obliuiſceret̃ tuis inimicitiis ſu
ſcipiẽdis.i dũ tuas inimicitias ſuſcipet:pſo/
ni.i.,ptectoris oīm fortunarũ ac rõnũ ſuarũ
uidelicet mei.q.d:Cicero:ſi ad me reſpexiſ
ſet cũ ſciret me tibi ſũmũ eẽ amicũ: nõ ſu/
ſcepiſſet tecũ inimicitias: pſertim cũ tu re/
dũdares oībus uel ornamẽtis uel pſidiis: &
ſup.multa deeſſent illi/ut dicam leuiſſime.i.minime grauiter in eum: q̃a ſi uerũ uellet aperte dicere/diceret
illi omnia deeſſe.Cuius.ſ.aduleſcẽtis:utpote Vatinii:ſermo ſtultus & puerilis erat iã antea perſcriptus ad me
a Marco Cælio familiari nſro:de quo itẽ ſermõe multa ſcripta ſunt abs te.i.a te:ſed abs uenuſte ꝓponitur q &
t.Ego autẽ ſup.ſi Romæ fuiſſem citius diremiſſem.i.ſoluiſſem & dirupiſſem ueterem coniũctionẽ cum eo q
ſuſcepiſſet tuas inimicitias:citius inquã q̃ conciliaſſe nouã.ſ.cũ eo:ſi non fuiſſet cõiunctus.Neq̃ em̃ debes du
bitare de ſtudio meo erga te:neq̃ id.ſ.ſtudium meũ in te:eſt obſcurum cuiq̃ in prouincia:nec fuit.ſ. cum illic
eſſem obſcurũ cuiq̃ Romæ.Sed tamen ſuſpicio quedã ſignificatur in tuis literis:& dubitatio tua:de qua tem/
tempus autẽ purgandi mei:ideſt ut me purgem:eſt neceſſarium.Nam quæ obiecit uera nõ erant. Vnde dicit
Enim:ideſt quia:ubi fui ego impedimẽto cuiq̃ legationi quominus: ideſt ut nõ mitteretur Romam ad tuam
laudem? Aut ſi ego odiſſem te palam:in quo potui minus facere quod obeſſet::ideſt noceret tibi:ſi eſſem iam
magis aperte inimicus? qd̃ ſi eſſem ea perfidia/qua ſunt ii qui conferunt hæc in nos: tamen ego certe nõ fuiſ
ſem ea ſtultitia ut aut oſtẽderem in odio obſcuro:ſi obſcure te odiſſem:inimicitias apertas/aut oſtenderẽ ſũ/
mam uoluntatem nocendi:ſup.in eo in quo nihil nocerem tibi ut in impedienda legatione.

Ad me&c.Memini:hoc uerbũ ut dixi pñte
Memini gaudet.i.mẽoria teneo:q̃ſdã adire.i. q̃ qdã
adirẽt me:q̃ dicerent nimis magnos ſũptus
decerni.i.decreto ꝓtorio attribui legatis.ſ.
Romã mittẽdis:q̃bus ego nõ tam impaui.i.
iuſſi authoritate impatoria:q̃.i. quãtũ cẽſui
i.,pbaui & iudicaui tanq̃ ꝓſilii dator: ſũptus
decernendos q̃maxime.ſ.fieri poſſet:aut p
xime ad legẽ corneliã.i.ſcd̃m legẽ Corne/
liã/q̃ definierat ſũptus legatis decernẽdos:
Atq̃ me nõ perſeueraſſe.i.pmãſiſſe/ī eo ip
ſo.ſ.iudicio aut ꝓſilio meo:teſtes ſunt ratio
nes.i.ſupputationes ciuitatũ:in q̃bus.ſ.rõni
bus quæq̃ ciuitas indixit.i.inſcripſit ſup.tã
tũ:quãtum uoluit gratũ ſup.eſſe legatis:nõ
quãtũ lex cornelia uellet.Autẽ pro ſed: qui
bus.i.o q̃libus mẽdaciis homies leuiſſimi.i.
uaniſſimi onerarũt te:uidelicet ſumptus le
gatorum nõ modo.i.nõ ſolum ſublatos:id/
eſt ſubductos & īminutos:ſed etiam repeti
tos: & ablatos a ,pcuratoribus eoꝝ qui iam
profecti eſſent: ideſt diſceſſiſſent: & eam
cauſam fuiſſe multis omnino non eundi?
Quererer tecum: ideſt de te atq̃ poſtula/
rem tecum.i. agerem de iniuriis:niſi ut ſu/
pra ſcripſi:malẽ purgare me tibi hoc tẽpo/

eſt obſcurum cuiq̃ in prouincia: nec Romæ fuit. Sed
tamen ſignificatur in tuis literis ſuſpicio q̃dã/& dubi
tatio tua:de qua alienũ tẽpus eſt mihi tecũ expoſtulã
di:purgandi autẽ mei neceſſarium. Vbi em̃ cuiq̃ ego
legationi fui impedimẽto quominus Romã ad lau/
dem tuã mitteretur? Aut in quo potui:ſi te palã odiſ/
ſem/minus qd̃ tibi obeſſet facere:ſi iam magis aperte
inimicus eſſem? qd̃ ſi eſſem ea pfidia:qua ſunt ii /q̃ in
nos hæc conferũt:tñ ea ſtultitia certe non fuiſſem: ut
aut in obſcuro odio aptas inimicitias/ aut in quo tibi
nihil nocerẽ:ſummã oſtẽderem uoluntatẽ nocendi.

Ad me adire quoſdã memini:qui dicerent nimis ma
gnos ſumptus legatis decerni:q̃bus ego non tã īpaui
q̃ cẽſui ſũptus legatis q̃maxime ad legẽ corneliã de
cernendos:atq̃ in eoīpo me nõ pſeueraſſe teſtes ſunt
rõnes ciuitatũ in q̃bus q̃tũ quæq̃ uoluit legatis tuis
datum īdixit. Te aũt q̃bus mẽdaciis homies leuiſſimi
onerarũt:nõ mõ ſublatos ſũptus:ſed ẽt a ,pcuratori/
bus eoꝝ:q̃ iã ,pfecti eẽnt repetitos&ablatos.eãq̃ cãm
multis oīno non eũdi fuiſſe? Quererer tecũ atq̃ expo/
ſtularẽ:niſi: ut ſupra ſcripſi: purgare me tibi hoc tuo
tẽpore:q̃ accuſare te malẽ:idq̃ putarẽ eſſe rectius. Ita/
q̃ nihil de te:q̃ credideris de me:quãobrem non de/
bueris credere:Pauca dicã. Nã ſi me uirũ bonum ſi di
gnum iis ſtudiis eaq̃ doctrina:cui me a pueritia dedi:
ſi ſatis magni animi: nõ minimi conſilii in maximis
rebus perſpectum habes:nihil in me nõ modo pfidio
ſum & inſidioſum & fallax in amicitia:ſed ne humile
quidem:aut ieiunum debes agnoſcere. Sinautem me

aſtutum & occultũ libet fingere:q̃d eſt qd̃ minus ca/
dere in eiuſmodi naturã poſſit:q̃ aut florẽtiſſimi hoīs
aſpernari beneuolẽtiam:aut eius exiſtimationẽ oppu
gnare in prouincia:cuius laudẽ domi defenderis aut
in ea re aīum oſtendere inimicum in qua nihil obſis:
aut id eligere ad perfidiã:q̃d ad indicãdũ odiũ aptiſ/
ſimũ ſit ad nocẽdũ leuiſſimũ? Quid erat autẽ cur ego
in te tam īplacabilis eſſem:cũ te ex fratre meo ne tũc
quidẽ:cũ tibi,ppe neceſſe eſſet eas agere pteis inimicũ
mihi fuiſſe cognouiſſem? Cũ uero reditũ noſtrũ ī gra/
tiã uterq̃ expetiſſet q̃d in cõſulatu tuo fruſtra mecum
egiſti:quod me aut facere aut ſentire uoluiſſes? Quid
mihi mandaſti:cũ te puteolis ,pſequerer in quo nõ ex
pectationem tuã diligentia mea uicerim? qd̃ ſi id eſt
maxime aſtuti oīa ad ſuã utilitatẽ referre:q̃d mihi tã/
dem erat utilius:quid cõmodis meis aptius q̃ homi/
nis nobiliſſimi atq̃ honoratiſſimi cõiũctio cuius opes
ingenium/liberi/affines ,ppinqui mihi magno uel or
namẽto uel præſidio eſſe poſſent? Quæ tamẽ ego oīa
in expetenda amicitia tua non aſtutia quadã:ſed ali/
qua potius ſapientia ſecutus ſum. Quid illa uincula
quibus quidẽ libentiſſime aſtringor:quãta ſunt? ſtu/
diorum ſimilitudo/ſuauitas/cõſuetudinis/delectatio
uitæ atq̃ uictus/ſermonis ſocietas/litere interiores at
q̃ hæc domeſtica? Quid illa tandẽ popularia? reditus
illuſtris in gratiam:in quo ne per imprudentiã q̃dem
errari põt ſine ſuſpitione pfidiæ. ampliſſimi ſacerdo/
tii collegiũ:in quo non modo amicitiã uiolari apud
maiores noſtros fas non erat:ſed ne optari q̃dem ſa/
cerdotem licebat.q̃ cuiq̃ ex collegio eſſet inimicus.

re tuo.ſ.aduerſo & piculoſo:cũ potius:iuuã
dus ab amico q̃ accuſatus ſis:q̃ accuſare te:
& niſi putarẽ id.ſ.ut me purgem eſſe recti?
q̃ ut te accuſem. Itaq̃ nihil ſup.dicam de te
q̃ credideris.ſ.nõ credẽda de me& ſup.dicã
pauca:quãobrẽ nõ debueris credere.ſ. talia
de me. Nã ſi tu habes pſpectũ.i.eui dẽter co
gnitum & exploratũ in maximis rebus:me
ſup.uirũ bonum:& dignũ iis ſtudiis &ea do
ctrina:cui dedi aut dedidi.i.addixi me a pue
ritia:ſi ſup.pſpectũ habes me eſſe uirũ ſa/
tis magni aī:& non minimi conſilii in maxi
mis rebus:q̃d ſupiori quadrat uidelicet par
ticulæ pſpectum:tu nihil debes agnoſcere
in me:nõ modo.i.nõ ſolũ:pfidioſum.i.ple/
num pfidiæ:& inſidioſum & fallax in ami/
citia:ſed ne q̃dẽ.i.non ſaltẽ humile.i.uile &
abiectũ: Nũq̃ em̃ humile laudat̃ a ueterib?: Humile
aut ieiunũ.i.timide & diſſimulãter dictum
aut factũ:ut uiri minus integri ſolẽt. Sinau
tẽ.i.ſed ſi:libet.ſ.tibi fingere:nõ em̃ id ue/
re dicere poſſet me ſup.uirũ eẽ:aſtutũ.i.uer
ſipellẽ & pnicioſe callidũ:& occultũ.i.tectũ
& fraudulentũ:q̃d eſt q̃d̃ minus poſſit cade
re in naturã hmõi.ſ.tã aſtutam & duplicẽ:q̃
aut aſpernari beneuolẽtiã hoīs florẽtiſſimi
qualis erat Appius:aut oppugnare in ,puin
cia exiſtimationẽ.i.authoritatẽ aut æſtima/
tionẽ.i.famã eius cuius laudẽ defenderis do
mi:aut oſtendere aīum inimicũ in ea re in q̃
nihil.i.i nullo:obſis.i.noceas? Id Cicero cal
lide non ſemel aſſerit: ut ſaltẽ id credidiſſe
putet̃:nã Appius credidit plurimũ offuiſſe:
ſi em̃ legati īpm laudaturi Romã ueniſſent
forte ambitus accuſatus nõ fuiſſet. Aut eli/
gere id ad pfidiã.ſ.exercẽdã:q̃d ſit apertiſſi
mũ aut potius aptiſſimũ ad indicãdũ.i. ,pdẽ
dũ odiũ:latens.ſ.,pus in aīo:&ſup.leuiſſimũ
i.minimi momẽti & ualoris ad nocẽdũ? Aũt
i.ſed:q̃d erat:cur.i.quãobrẽ ego eẽm tã īpla
cabilis in te? cũ cognouiſſem ex fratre meo:
ſ.Quin. Cicerone:te ne q̃dem.i. nõ ſaltem
tunc fuiſſe inimicũ mihi:cũ eſſet tibi ,ppe.i.
quaſi neceſſe agere eas partes.ſ.inimici:hoc eſt cum agerẽ reum Publium Clodium propinquũ tuum:nã hic
Appius dictus eſt Clodius:cognomento pulcher:cum uero uterq̃ noſtrum expetiſſet reditum in gratiam.i.
reconciliationem:quid egiſti mecũ modeſtius dicit q̃ quid petiſti a me in cõſulatu tuo.i.cum conſul eſſes:fru/
ſtra.i.ſine obtentione eius quod uoluiſſes me aut facere aut ſentire.q.d.nihil. Quid mandaſti mihi cum pro/
ſequerer:ideſt honorifice ſequerer te:puteolis:ideſt cũ eſſemus puteolis urbe Italiæ:in quo ego non uicerim
.i. ſuperauerim diligẽtia mea expectationẽ tuã? q.d.nihil q̃d ſi ideſt ſup.hominis aſtuti maxime referre om
nia ad utilitatem ſuã:quid tandem erat mihi utilius:quid aptius cõmodis meis:q̃ coniũctio hominis nobiliſſi
mi atq̃ honoratiſſimi:cuius opes/ingeniũ/liberi/affines/,ppinqui: poſſent eſſe mihi magno uel ornamento
uel præſidio? q.d.nihil. Quæ tñ oīa ego ſecutus ſum in expetẽda amicitia tua:non aſtutia quadã.i. malitioſa
calliditate:ſed potius ſapientia. Quid illa uincula.ſ.neceſſitudinis quibus ego aſtringor libentiſſime:quanta
ſunt? q.d.maxima nimirum/uidelicet:ſimilitudo ſtudiorum/ſuauitas conſuetudinis/delectatio uitæ atq̃ ui/
Illud tamẽ &c.Tamẽ puta.i.exiſtima/ me
monuiſſe uel:ſi monere te non debuiſſem:
cenſuiſſe.i.iudicaſſe pro opinione multũ.i.
abũdanter:uel:ſi etiã cenſere non debui:nõ
potuiſſe tacere ꝑpter beneuolẽtiã:ut quod
ego facio/qui tẽpori cedo:tu quoq; inducas
aĩum ut facias ſup. idẽ monuiſſe inquã uel
cenſuiſſe/uel nõ potuiſſe tacere illud ſi ali
qua.i.qualiſcũq; reſp.ſit:te oportere eſſe in
ea:iudicio.i.ſecũdũ iudiciũ hoĩum:teq;.i. &
te/oportere eſſe in ea/principẽ.i. ꝓcipuum
& qđ dicunt principalẽ:cedentẽ tp̃i neceſſi/
tate.i.qa aliter non poſſet eẽ.Sinautẽ .i. ſed
ſi:nulla ſit.ſ.fortuna reſp.tñ.i.nihilominꝰ:
hunc locũ.ſ.in quo ego ſum:hoc eſt Romã
eſſe locũ aptiſſimũ etiã ad exulandũ:ut ĩ eo
ſis tanq̃ in exilio:eo ꝙ ꝓcul a rep.Probat aſ
ſumptũ ſuum:dicens.Eñ.i.qa ſi nos ſequi/
mur.i.ſectamur.i.q̃rimus libertatẽ : quis lo

Illud tñ multũ me monuiſſe:uel cenſuiſſe puta:uel ꝓ/
pter beneuolentiã tacere nõ potuiſſe:ut qđ ego facio
tu quoq; aĩm ĩducas:ſi ſit aliqua reſp.in ea te eẽ opor/
tere iudicio hoĩum/teq; principẽ neceſſitate cedẽtem
tẽpori:ſinautẽ nulla ſit:hunc tñ aptiſſimũ eſſe etiã ad
exulandum locũ.Si eñ libertatẽ ſeqmur quis locus
hoc dominatu uacat? ſin qualẽcũq; locũ:quis eſt do/
meſtica ſede iucundior? Sed mihi crede etiã is/qui oĩa
tenet/fauet ingeniis/nobilitatẽ uero:& dignitatẽ ho
minũ:quãtũ ei res & ipſius cã cõcedit/amplectit᷑.Sed
plura ꝗ̃ ſtatuerã.Redeo ergo ad unũ illud:me tuum
fore cũ tuis ſi mõ erũt tui:ſi minus : me certe in oĩbus
rebus ſatis noſtræ cõiunctiõi/amoriq; facturũ. Vale.

cus uacat hoc dominatu.ſ.Cæſaris?q.d.nullus.Sin.i.ſed ſi:ſequimur ſup.qualẽcũq; locũ:quis.ſ.locus:eſt iucũ
dior:ſe de domeſtica.i.ꝓpriæ domus?q.d.nullus.Multi textus habẽt qui locus & q eſt ſed apertior locutio eſt
quis:Scio tamẽ ſequẽte dictione incœpta ꝑ ſ lr̃am:uenuſte dici qui pro qs:ut nec qui ſim q̃ris alexi. Et Atta/
men iſta deus qui ſit da Tityre nobis.Sed o Marcelle:crede mihi:etiã is.ſ.Cæſar:qui tenet oĩa .ſ. in poteſtate
ſua:fauet ingeniis:uero pro ſed:amplectit᷑ nobilitatẽ & dignitatem hoĩum:quãtum res.i.utilitas aut oportu/
nitas:& cã ipſius rei/concedit.i.permittit.Sed plura ſup.ſcripſi:q̃ ſtatueram ſup.ſcribere . Ergo qa non ſunt
plura dicẽda aut ſcribenda:ego redeo ad illud unũ/me fore tuũ cum tuis.ſ.amicis & neceſſariis:ſi modo .i. dũ
modo ſup.aliqui erũt tui:ſi minus.i.ſi nõ ſup.aliqui erunt tui.i.ſi nũq̃ recuperabis res tuas:&ita nulli erũt tui
redeo ſup.ad illud:me ſatiſfacturũ certe in oĩbus rebus/coniunctioni noſtræ:& amori ſup.noſtro. Vale.

ETſi perpaucis. Hortatur rurſus. Mar
cellũ ad p̃riam reuerti:nec tã moleſte
ferre ꝙ Cæſari oĩa ceſſerint cũ Pompeii ui/
ctoria moleſtior fuiſſet:monetq; uitãda pi/
cula:quæ ubicũq; eſſet:niſi in Cæſaris gra/
tia ſit magna ſint.Ordo eſt.Etſi .i. q̃q̃ dede
ram ꝑpaucis diebus ante.ſ. harũ dationem
Quin.Mutio ad lr̃as te ſcriptas:pluribus.i.
multis uerbis:q̃bus ſup.literis. ego declara
ueram:quo aĩo ego cẽſerem oportere te eẽ
& quid arbitrarer faciendũ tibi:tamen cum
Theophilus:libertus tuus ꝓficiſceret᷑.ſ.hic
ad te:cuius.ſ.Theophili ego ꝑſpexerã fidẽ
i.fidelitatẽ & beneuolentiam erga te:nolui
eum uenire ad te:ſine lr̃is meis. Igitur ego
hortor te etiam atq; etiã.i.accuratiſſime:de
iiſdẽ rebus:q̃bus.i.de quibus:ego hortatus
ſum te lr̃is ſuperioribus: ut uelis eſſe q̃pri/
mum.i.ualde cito:in ea rep.ſ. quã Cæſar te
net:q̃cunq; eſt.i.ſiue aliqua/ſiue nulla . Tu
uidebis fortaſſe multa q̃ nolis.i.uelis nõ ui/
dere:tñ nõ uidebis plura : q̃ audis quotidie.

M.Cicero.S.D.M.Marcello.

ETſi perpaucis ante diebus dederã . Qu.
Mutio literas ad te pluribus uerbis ſcri/
ptas:quibus declarauerã quo te aĩo cẽſerem eſſe opor
tere:& qd tibi faciẽdũ arbitrarer:tñ cum Theophilus
libertus tuus ꝓficiſceret᷑:cuius ego fidem erga te bene
uolentiamq; perſpexerã:ſine meis literis eũ ad te ue/
nire nolui.Iiſdem igitur de rebus etiã atq; etiã hortor
quibus ſupioribus literis hortatus ſum:ut in ea repu.
quecũq; eſt ꝗ̃primũ uelis eſſe . Multa uidebis fortaſſe
quæ nolis:nõ plura tñ ꝗ̃ audis quotidie.Non eſt por
ro tuũ uno ſenſu ſolũ oculorũ moueri : cum illud idẽ
auribus percipias qđ etiam maius uideri ſolet/minus
laborare.At tibi ipſi dicendũ erit aliqd:qđ non ſen/
tias:aut faciendũ qđ non probes:primũ tẽpori cede/
re id eſt

re:id eſt neceſſitati parere:ſemp ſapientis eſt habitũ:
deinde nõ habet (ut nunc qdem eſt) id uitii res. Dice
re fortaſſe:q̃ ſentias nõ licet:tacere plane licet . Om/
nia eñ delata ad unũ ſunt:is utitur conſilio ne ſuorũ
quidem:ſed ſuo/qđ non multo ſecus fieret:ſi is rẽpu.
teneret:quẽ ſecuti ſumus.An qui in bello:cum oĩum
noſtrum cõiunctũ eſſet piculum ſuo : cæteroꝝ hoĩum
minime prudentiũ conſilio uteret᷑:eũ magis cõem cẽ
ſemus in uictoria futurũ fuiſſe:ꝗ̃ cæteris in rebus fuiſ
ſet/& qui nec te cõſule tuũ ſapientiſſimũ cõſiliũ ſecu
tus eſſet:nec fratre tuo cõſulatũ ex authoritate tua ge
rente nobis authoribus uti uoluerit:nũc omnia tenẽ
tem noſtras ſententias deſyderaturum cenſes fuiſſe?

Porro.i.ſed nõ eſt tuũ.i.tuæ naturæ:aut di/
gnitatis:moueri.i.turbari : ſolũ.i. dũtaxat/
uno ſenſu oculoꝝ.i.in iis qui uides: cũ pci/
pias illud idẽ auribus.i.audiendo:ſup. illud
qđ uideri ſolet etiã maius.i.euidẽtius : labo
rare.i.in periculo eſſe minus.At.i.ſed aliqd
dicendũ erit tibi ipſi.ſ.in curia:qđ non ſen/
tias.ſ.dicendũ aut aliqd erit faciendũ qđ nõ
probes.i.approbes faciendũ. Primũ cedere
tp̃i.i.parere neceſſitati.eſt habitum.i.exiſti
matum:ſemp:ſapientis.ſ.uiri factũ. Deide
quidem.i.certe ut nũc eſt : res non habet id
uitii.i.mali qđ obiici ſolet. nã fortaſſe ſup.
dices mihi.Nõ licet Romæ dicere quæ ſen/
tias.Reſpõſio.licet plane.i.oĩo tacere. Oĩa
eñ ſunt delata.i.redacta ad unã .i. ad pote/
ſtatẽ unius.ſ.Cæſaris.Is utit᷑ cõſilio ne qui
dem.i.nõ ſaltẽ ſuoꝝ:ſed ſuo.ſ.unius qđ fie
ret nõ multo ſecus.i.aliter:ſi is.ſ. Põpeius/
quẽ ſumus ſecuti/ teneret rẽp. ut tenuiſſet
ſi in Pharſalico cõflictu.Et qa dicere poteſt Marcellus id male de Põpeio ſuſpicari:ꝓbat illud ex euidẽti cõie
ctura dicens. An cẽſemus eũ.ſ.Põpeium qui cũ in bello periculũ oĩum noſtrũ:eſſet coniunctũ ſuo.ſ.periculo:
uteret᷑ minime cõſilio cæteroꝝ hoĩum prudentiũ:cenſemus dico eũ fuiſſe futurũ magis cõem.i.cõicantẽ cõſi
lia ſua:in uictoria.i.ſi uſus fuiſſet uictoria q̃ fuiſſet in cæteris rebus ſuis?q.d.id nõ eſſe cenſendũ. Et cenſes eũ
ſup.qui nec te cõſule.i.cũ eẽs ꝯſul & ita p̃mario dignitatis in urbe.ſecutus eẽt cõſuliũ tuũ ſapiẽtiſſimũ .i. licet
ſapientiſſimũ:nec uoluerit uti fratre tuo.ſ.Cn.ſeu. L.Marcello:gerẽte cõſulatũ ex authoritate .i. approbatio
ne tua:nobis authoribus.i.id factũ eius approbãtibus:cẽſes inquã eũ tenentem oĩa.i.habentẽ oĩa:ſi modo ha
buiſſet ut Cæſar tunc habebat:in poteſtate ſua:fuiſſe deſyderaturũ.i.expectaturum/ſententias noſtras .i. qd
nos ſentiremus in ſenatu de iis quæ ipſe ex ſententia ſua facere conſtituiſſet?q.d.id non eſſe cenſendum.

Oĩa ſunt miſera in bellis ciuilibus : quæ maiores no/
ſtri:ne ſemel qdẽ/noſtra ætas ſæpe iã ſenſit:ſed miſe/
rius nihil ꝗ̃ ipſa uictoria : q etiã ſi ad meliores uenit
tñ eos ipos ferociores/ĩpotentioreſq; reddit:ut etiã ſi
natura tales nõ ſint:neceſſitate eẽ cogant᷑ . Multa eñ
uictori eoꝝ arbitrio:per quos uicit:etiã iuuito facien/
da ſunt.An tu nõ uidebas mecũ ſimul ꝗ̃ illa crudelis
eſſet futura uictoria? Igit᷑ tunc quoq; patria careres:ne
quæ nolles:uideres? Non inquies.Ego eñ ipſe tenerẽ
opes:& dignitatẽ meã.At erat tuæ uirtutis ĩ minimis
tuas res ponere:de repu.uehemẽtius laborare.Deĩde
qui finis iſtius cõſilii eſt.Nã adhuc & factũ tuũ proba
tur/& in tali re etiã fortuna laudat᷑ : Factũ/ꝙ initium
belli neceſſario ſecutus ſis:& extrema ſapiẽter perſeq
nolueris:Fortuna:ꝙ honeſto ocio tenueris & ſtatum
& famã dignitatis tuæ.Nũc uero nec locus tibi ullus
dulcior eſſe debet patria:nec eã diligere minus debes
ꝙ deformior eſt:ſed miſereri potius/nec eã m̃ltis cla/
ris uiris orbatã/priuare etiã aſpectu tuo.Deniq; ſi fuit
magni aĩ nõ eẽ ſupplicẽ uictori : uide ne ſupbi ſit aſp/

Oĩa ſunt miſera.i.miſerãda:non tã quantũ
ad eos q inferũt/q̃ qui ea patiunt᷑:ſed tamẽ
etiã quodãmodo quãtũ ad inferentes qa cũ
multos habeant inimicos in ciuitate ſua co
guntur tyrannũ agere.in bellis ciuilibus:q̃
ſ.bella ciuilia aut potius miſera q̃ cõtingũt
ĩ bellis ciuilibus:maiores nr̃i ne quidẽ.i. nõ
ſaltẽ ſemel ſup.ſenſerũt:ætas nr̃a ſenſit iã
ſæpe.Sub Sylla & Mario.Sub Sertorio Car
bone & perpẽna:ac Cĩna ſub Cæſare & Põ
peio:ſed nihil ſup.eſt in bellis ciuilibus mi
ſerius:q̃ ipſa uictoria:quæ uictoria etiãſi ue
nit ad meliores.ſ.ꝓ repu.tñ reddit.i. efficit
eoſipſos ferociores & impotẽtiores.i. minꝰ
ſibi impantes & ſe ab illicitis minus cohibẽ
tes poſt uictoriã:ut etiãſi non ſint tales.ſ.fe
roces & impotẽtes:natura.i.ꝑ naturã cogã/
tur eſſe tales neceſſitate.Eñ.i. qa multa fa/
cienda ſunt uictori etiã inuito:arbitrio.i.ad
arbitriũ eoꝝ per quos uicit.An tu nõ uide/
bas ſimul mecũ:q̃.i.quãtum crudelis illa ui
ctoria eſſet futura?q.d.maxime. Igit᷑ care/
res.i.carere deberes/quoq;.i.etiã tunc:p̃ria
ne uideres q̃ tu nolles.ſ.uideres? Inq̃es .i. re/
ſpondebis mihi : Nõ ſup. carerẽ tunc p̃ria.
Ego eñ tenerẽ opes ſup. meas & dignitatẽ
meã.Obiectio.At.i.ſed:erat uirtutis tuæ.i.
pertinebat ad uirtutẽ tuã:ponere tuas in mi
nimis.i.inter mi nimi reputanda:& ſup. la/

nari eiusdem liberalitatē. Etsi sapientis est carere patria/duri est non desyderare: & si rep. non possis frui stultum est nolle priuata. Caput illud est/ut si ista uita tibi cōmodior esse uideatur: cogitandum tamen sit ne tutior non sit. Magna gladiorum est licētia: sed in externis locis minor etiā ad facinus uerecūdia. Mihi salus tua tātæ curæ est ut Marcello fratri tuo/aut par/aut certe ꝓximus sim/tuū est consulere temporibus: & incolumitati/& uitæ/& fortunis tuis. Vale.

borare uehemētius de rep. Deniq; aut potius deinde.i.ut scđo loco obiiciā: qui.i. qs finis istius.s.tui consilii est? Nā & factū tuum ꝓbat̃ adhuc: & fortuna tua laudatur etiā adhuc: ut in tali re.s.in q̄ nihil plene laudabile contingit. Factū īquā tuū probat̃: ꝙ secutus sis necessarie initiū belli.s. ꝯtra Cæsarē & nolueris sapiēter.i.in quo fecisti sapiēter ꝑseq extrema.s.belli ciuilis: ut illi q ī aphrica perierunt. Fortuna: sup.tua laudat̃: ꝙ tenueris sup.in ocio honesto: qa literario: ut/pote Athenis & statū sup.tuū/& famam dignitatis tuæ. Nunc uero nec ullus locus debet esse tibi dulcior pr̃ia.i. q̄ pr̃ia: nec debes diligere eā minus sup.ꝓpterea ꝙ est deformior.s.q̄ prius: sed misereri potius sup.eius: nec ꝓuare eā orbatā.i. spoliatā m̄ltis claris uiris: etiā aspectu tuo.s.quo eā aspicias: aut aspectu tui: quo aspiciaris: aut potissimū aspectu tuo.i.facie & ꝑsentia tua. Deniq; si fuit magni aī non esse supplicē uictori: uide.i.aīaduerte: ne.i.an sit: aut uide.i.caue: ne.i.ut non sit supbi: sup.animi: aspernari.i.contēnere liberalitatē eiusdē.s.uictoris. Et si est sapiētis carere.s.patienter pr̃ia: est duri.i.ptinet ad durū & īmitē: non desyderare sup.pr̃iam. Et si nō possis frui repub. stultū est nolle sup.frui priuata sup.re. Illud.s.qđ modo dicet̃: est caput.i.principale momētū: ut si ista.s. in ocio & terra peregrina: uita/uideatur tibi esse iucūdior: tamē cogitandū sit sup.tibi: ne sit non tutior.s. q̄ esset in urbe. Magna est licētia gladioꝝ: nā facile possit aliqs Athenas mitti unde occidaris: & reuera paulopost a Magio Chilone familiari suo pugione interēptus est: sed minor etiā uerecūdia ad facinus.s. tale ꝑpetrandū est in locis externis. Salus tua est mihi tātæ curæ ut sim Marcello.s.C.aut Lucio fr̃i tuo: aut par.i. æq̄lis ī cura tali: aut certe ꝓximus. Tuū est.i.ad te ptinet: Raro aut nūq̄ legitur tua cū uerbo est: cōsulere.i.cōsilio ꝓspicere: tpibus.i.ne tpa ista periculosa tibi noceāt: & incolumitati: & uitæ/& fortunis tuis: ne.s.eis noceatur. Vale. Tuum est

Cicero Marcello. S.D.

ETsi nihil noui: qđ ad te scriberē: habebam/magisq; literas tuas expectare incipiebam: uel te potius ipsum: tñ cum Theophilus proficisceret̃ non potui nihil ei literarū dare. Cura igitur ut q̄ꝓprimum uenias: uenies em̃ (mihi crede) expectatus: neq; solū nobis: idest tuis: sed ꝓrsus oībus. Venit em̃ mihi in mētem subuereri interdū ne te delectet tarda decessio. qđ si nullū haberes sensum nisi oculoꝝ: ꝓrsus tibi ignoscerē: si quosdā nolles uidere. Sed cū leuiora nō multo essent quæ audirent̃: q̄ꝓ quæ uiderent̃: suspicarer aūt īteresse rei familiaris tuæ te q̄ꝓprimū uenire: atq; in omneis parteis ualere: putaui ea de re te eē admonēdū. Sed qm̄ quod mihi placeret: ostēdi: reliqua tu pro tua prudētia considerabis: me tamē uelim: qđ ad tempus te expectemus: certiorem facias. Vale.

ETsi. Eiusdē fere argumēti est cū superiore: hortat̃ eñ Marcellū q̄primum domū redire. Ordo est. Etsi.i. q̄q̄ nihil noui habeā: qđ scriberē ad te: & incipiebā magis expectare lr̃as tuas: uel potius teipm: tñ cū Theophilus.s.familiaris tuus ꝓficisceretur.s.Roma ad te: nō potui nihil lr̃arū dare i.qn aliqd lr̃arū darem ei. Igit̃: qa te tātope expectamus: cura ut uenias q̄primū: em̃.i. qa: crede mihi: tu uenies expectatus.i. desyderatus & optatus: neq; solū nobis.i.tuis: qa nos tui sumus: sed ꝓrsus.i. oīno: oībus. Venit eñ mihi in mentē.i.cogitando cōpellor subuereri.i.aliquātulū uereri interdū/ne discessio.s.ab athenis: tarda.i.sera delectet te hoc est: ne tedio afficiaris Romam reuerti: qđ si nullū haberes sensū nisi oculoꝝ ego ignoscerē ꝓrsus.i.oīno tibi: si.s.tunc nolles uidere quosdā: ut reipu. oppressores. Sed cū ea q̄ audirent̃.s.a te: essent non multo leuiora q̄ q̄ uiderent̃.s.si Romæ esses: autē.i. sed suspicarer īteresse.i.ad utilitatē ptinere: rei familiaris tuæ: te uenire.s. domū q̄primū/atq; ualere.i.utile esse in.i.ad oēs ptes: putaui te eē admonēdū de ea re. Sed qñ aut qm̄ ostendi sup.id: qđ placeret mihi/tu cōsiderabis reliqua.i.an recte sentiā: pro tua prudentia.i. secundū prudētiam tuā. Velim tamen facias me certiorē ad quod tempus: expectemus.i.expectare debeamus te. Vale.

Marcellus Ciceroni. S.

PLurimū ualuisse apud me tuā semp authoritatem: cū in oī re: tū in hoc maxime negocio potes existimare. Cum mihi. C. Marcellus frater amantissimus mei non solū cōsiliū daret: sed ꝑcibus quoq; me obsecraret: nō prius mihi ꝑsuadere potuit: q̄ꝓ tuis est effectū literis: ut uterer uestro potissimū cōsilio. Res quēadmodū sit acta. uestræ literæ mihi declarant. Gratulatio tua etsi est mihi ꝓbatissima: ꝙ ab optimo fit aīo: tñ hoc mihi multo iucūdius est: & gratius: ꝙ in summa paucitate amicoꝝ ꝓpinquoꝝ ac necessarioꝝ qui uere meæ saluti fauerēt: te cupidissimū mei: singularēq; mihi beneuolētiā ꝑstitisse cognoui. Reliq̄ sunt eiusmodi: qbus ego: qm̄ hæc erant tpa/facile: & equo aīo carebā: hoc uero eiusmodi eē statuo ut sine taliū uiroꝝ: & amicoꝝ beneuolētia: neq; in aduersa: neq; in secūda fortuna qsq̄ꝓ uiuere possit. Itaq; ī hoc ego mihi gratulor. Tu uero ut intelligas hoī amicissimo te tribuisse officiū: re tibi præstabo. Vale.

PLurimum. &c. Quid Ciceronis ep̄læ apud Marcellū ualuerint Marcellus ipē hac ep̄la significat dicens se ab eo ꝑsuasum. Romā uenturū & q̄ pro se acta essent cū Cæsare grata habere. Ordo ē. O Cicero tu potes existimarē.i. iudicare: tuā authoritatē ualuisse semp plurimū apud me: cū.s.ita sit ꝙ potes existimare illud in oī re s.alia: tū maxime in hoc negocio.s.domum redeūdi. Cum Caius Marcellus frater sup. meus: amātissimus mei: nō solū daret mihi consiliū/sed quoq;.i.etiā obsecraret.i.ob sacra oraret me ꝑcibus nō potuit prius ꝑsuadere mihi: q̄ effectū est literis tuis: ut uterer potissimū consilio uestro.s.amboꝝ. Lr̃æ uestræ.i.tuæ & fratris: declarant mihi/quēadmodū res.i.reconciliatio mea: aut ueniæ datio sit acta.s.in senatu cū Cæsare. Gratulatio tua/etsi.i.q̄q̄ est mihi ꝓbatissima.i.maxime approbata: ꝙ.i. qa fit ab optimo aīo: tñ hoc est mihi iucūdius & gratius multū/ꝙ cognoui in sūma paucitate amicoꝝ/propinquoꝝ ac necessarioꝝ/q fauerent uere.i. non ficte/saluti meæ: te cupidissimū mei: & ꝑstitisse mihi beneuolentiā singularē. Reliqua.s.bona q̄ ante habebā: sunt eiusmodi: qbus.i.ꝙ eis ego carebā facile & æquo aīo/qm̄ hæc.i.huiusmodi erāt tpa.s.tā mala. uero.i.sed ego statuo hoc.s.qđ mihi ꝑstitistis: esse eiusmodi ut quisq̄ neq; possit uiuere in fortuna aduersa neq; in fortuna secūda.i.prospera/sine beneuolentia/talium uiroꝝ & amicorum: itaq; ego gratulor mihi in hoc. Vero pro sed/ego præstabo.s. effectu ipso ut tu intelligas te tribuisse homini amicissimo uidelicet mihi/officium.i.oportunum beneficium. Vale.

Seruius Sulpitius Ciceroni. S.P.D.

ETsi scio nō iucūdissimū nūciū me uobis allaturū: tñ qm̄ casus: & natura in bonis dominat̃: uisum est faciendū quoquo mō res se haberet uos certiores facere. Ad.x.kal̃. Iunii. cū ab Epidauro Piræū naui aduectus essem: ibi Marcellū Collegā nostrū conueni: eūq; diē ibi consumpsi: ut cū eo eēm. Postero die: cū ab eo digressus essem: eo cōsilio: ut ab Athenis in Bœotiā irē reliquāq; iurisdictionē absoluerem: ille uti aiebat supra maias Italiam uersus nauigaturus erat. Postridie eius diei cū ab Athenis proficisci in aīo haberē: circiter horā decimā noctis Posthumius familiaris eius ad me uenit: & mihi nūciauit. M. Marcellū collegā nostrū post cœnæ tp̄us a. P. Magio Chilōe familiari eius pugione ꝑcussum eē & duo uulnera accepisse: unū in stomacho: alterū in capite secūdum aurē: sperare tñ eū uiuere posse: Magiū seipm interfecisse: postea se a Marcello ad me missum eē: qui hæc nūciaret/& rogaret: uti cogerē medicos: coegi: & e uestigio eo sum ꝓfectus pr̃ia luce: cū non lōge a Piræo abessem puer Acydini obuiā mihi uēit cū codicil

ETsi scio &c. Deflet. M. Marcelli necē a. P. Magio Chilone familiari eius acceptā: recitatq; studiū suum in cōis amici sepulturā dicens. Etsi.i.q̄q̄ scio me allaturum uobis.s.q Romæ estis: nūciū non iucūdissimum: mō tristissimū: tñ qm̄ casus & natura dn̄atur ī bonis: qa etiā boni aut casu aut natura cogente sæpe pereūt: uisum est.s.mihi faciendū: facere.i.ut facerem: uos certiores quoquo.i.quocūq; mō res haberet se. Cum ego aduectus essem naui ab Epidauro urbe Achaiæ Aesculapii sacello insigni. Piræū.i. ad portū illum Athenieñ. ad.i. circiter decimum Kalen. Iunii: ego cōueni.i.adiui colloquendi & uisendi gr̃a: ibi.s.in Pyræo: Marcellū collegam nr̃m.s.quondā in ꝯsulatu: & consumpsi eū diem ibi ut eēm cū eo.s. Marcello. Cū digressus essem ab eo die postero i.sequēti eū quo conuenerā: eo cōsilio ut irē ab Athenis in Bœotiā q̄ attice uicinia est regio: & absoluerē reliquā iurisdictionē.s. ꝓuinciæ susceptæ: ille.s.Marcellus/nauigaturus erat ut aiebat Italiā uersus supra Maias Maiæ. i.maio mense pacto: cuius adhuc sex aut septē restabant dies: Huber. qa dies in pl̄i masculinū est censet de diebus intelligendum non eē: & licet apud nullū idoneū erit: ꝓbet locū maiarū noīe significari. Ego cōtra sentio: nā licet usitatius in masculino utamur: tamen non futilis author dixit Venit post m̄ltas una serena dies. Propterea sicut per

Kalẽdas/nonas &idus dies ſignificamus:ſic &ꝑ Maias:oẽs maii mẽſis dies ſignificatos intelligo:nõ tamen dixero dies maias:ſicut nec Kalẽdas:ſed maiarũ ut kalendarũ. Qui dam textus bis habẽt ſupra maias ſic ut ab Athenis ſupra Maias in Bœotiã irẽ &c. qđ ſi eſt:nõ poteſt accipi ꝓ loco ſed ꝓ tpe: ſed

lis/in qbus erat ſcriptũ pauloante lucẽ Marcellũ diẽ ſuũ obiiſſe. Ita uir clariſſimus ab hoĩe deterrimo acer/biſſima morte eſt affectus: & cui inimici pp dignitatẽ pepcerant inuẽtus eſt amicus qui ei mortem afferret.

non purẽ bis legendũ:eo ꝙ Seruius iam digreſſum ſe dicit ut.ſ.ſtatim nõ ſupra Maias in Bœotiã iret. nam ad dit:Poſtridie eius diei.i.die ſequente eũ diem/cũ haberem in aĩo ꝓficiſci ab Athenis: Poſthumius familiaris eius.ſ.Marcelli:aut familiaris meus:uenit ad me:circiter horã decimã noctis.ſ.poſt meridiẽ cõputando horas & nũciauit mihi Marcũ Marcellum collegã noſtrum percuſſum eẽ poſt tp̃s cœnæ:a Publio Magio Chilõe fa miliari eius:pugione.i.gladio acuto quo pũctim uulnera fiunt:& accepiſſe duo uulnera:unũ in ſtomacho:al/terũ in capite ſecũdũ.i.pone & poſt aurẽ:tamẽ ſperare eũ poſſe uiuere.Magiũ interfeciſſe ſeip̃m:aut deſpera tione uitæ:aut dolore ꝙ ebrius amicũ ſic uulneraſſet repete & mihi nunciauit/ſe poſtea miſſum a Marcello ad me:ergo familiaris Marcelli erat:q.i.ut nũciaret.ſ.mihi hæc:& rogaret ſup.me:uti.i.ut:cogerẽ.i. congre/garẽ & in unũ locũ cõpellerem medicos.ſ.manuales.i.chirurgicos:coegi ſup.eos:& ſum ꝓfectus eo.i. Athe/nas ad Marcellũ:e ueſtigio.i.continuo:q̃ſi nõ mutato ueſtigio:p̃ma luce.i.p̃ma parte diei:aut diluculo ip̃o: cũ non abeſſem lõge a Pyræo.ſ.portu puer.i.ſeruus Acydini/uiri utriq; noti:uenit obuiã mihi cũ codicillis.i.ta bellis:in qbus erat ſcriptũ Marcellũ obiiſſe diẽ ſuũ pauloante lucẽ. Ita uir clariſſimus affectus eſt morte acer biſſima ab hoĩe deterrimo.i.pditiſſimo:& inuẽtus eſt amicus:ſaltẽ ſimulatus aut ebrius:q afferret ei mortem cui inimici ut Cæſar/pepercerant propter dignitatem:ſcilicet eius.

Ego tñ.i.licet obiiſſe intellexerã:prexi ad tabernaculũ.i.diuerſoriũ & hoſpitiũ ei⁹ extra urbẽ:inueni ſup.illic duos libertos ſup. eius & pauculos ſeruos:aiebant.ſ.q aderãt: reliquos.ſ.ſeruos pfugiſſe.i.ꝓcul fugiſſe ꝑterritos metu:qa dominus eoꝝ interfectus eſſet ante tabernaculũ.ſ.ſuũ. Nã ſerui tenebãtur corpora ſua ꝓ domino obiicere: Coactus ſum.ſ.officio:eũ.ſ. Marcellũ referre ĩ urbẽ.ſ.Athenas:in illa eadẽ lectica/qua ip̃e i.ego eram delatus.ſ.a Pyræo:& lecticariis meis.i.q me portare in lectica i.iſtro ad modum cathedræ ad portãdũ hoĩem in humeris ſuis apto:portabant̃ eñ tunc a ſeruis potentiores ut nũc a iumetis: aut corpora ſanctoꝝ in ſupplicatioĩbus circũferũtur:&ego curaui ibi.i.ĩ urbe:funus.i. pompã funebrẽ: faciendũ ei/ſatis amplũ pro ea copia.ſ. hominũ q̃ erat Athenis.Ego nõ potui ĩpetrare ab Atheniẽ. ut darent:ſup.ei locũ ſepulturæ intra urbẽ:ꝙ dicerẽt ſe impeditos religione:qa ꝓhibitum erat queq̃ q non eẽt ciuis natus in urbe ſepeliri: neq; tamen/hoc eſt licet ſupſtitioſum uideret̃ aut q̃ſitæ occaſionis:tamẽ non cõceſſerãt id cuiq̃ antea. Permiſerunt nobis ſup.id qđ fuit ꝓximũ.ſ. ad honorẽ ſepeliendi.ĩtra urbem:uti.i.ut ſe

Lectica

Ego tamẽ ad tabernaculũ eius perrexi: inueni duos libertos:& pauculos ſeruos: reliquos aiebant profugiſſe metu perterritos:ꝙ dominus eorũ aute taberna/culum interfectus eſſet. Coactus ſum in eadẽ illa lectica. qua ipſe delatus erã:meiſq; lecticariis in urbẽ eum referre:ibiq; pro ea copia quæ Athenis erat: funus ei ſatis amplũ faciẽdum curaui. Ab Athenienſibus lo/cum ſepulturæ intra urbem:ut darẽt: impetrare non potui:ꝙ religiõe ſe impediri dicerẽt: neq; tñ id antea cuiq̃ cõceſſerant.qđ proximum fuit:uti in quo uelle/mus Gymnaſio eũ ſepeliremus: nobis permiſerunt/nos in nobiliſſimo orbis terrarum Gymnaſio Academiæ locũ delegimus:ibiq; eum cõbuſſimus: poſteaq; curauimus/ut iidẽ Atheniẽſes in eodẽ loco monumẽtum ei marmoreũ faciẽdũ locarẽt. Ita:quæ noſtra officia fuerũt:pro collegio & ꝓpinqtate: & uiuo & mor/tuo oĩa ei p̃ſtitimus. Vale.D.Pri.Kal̃.Iun.Athenis.

peliremus eum in quo uellemus gymnaſio:ideſt exercitatorio literario:quæ fere extra urbem erãt:&nos de/legimus locum in nobiliſſimo gymnaſio orbis terrarũ:ſcilicet in gymnaſio Academiæ:in quo Plato docue/rat:cum diſtaret ab urbe mille paſſus:& ſpinis horreret:unde Horatius in epiſtolis. Atq; inter ſyluas academi quærere uerum:dictã autem uolunt academiam ab academo heroe & eius loci quem Platoni conceſſit domino:& combuſſimus eum:ſcilicet Marcellum ibi.& curauimus poſtea:ut iidem athenieñ.locarent.i. mercede ſtatuta opificibus darent monumentum marmoreum faciendum ei.ſ.Marcello in eodem loco. Itaq; nos præſtitimus ei:ſcilicet Marcello & uiuo & mortuo ſup.ea quæ fuerunt officia noſtra:pro collegio:quia in conſu/latu collega illius fuerat:collegæ autem ut concorditer rem geſſiſſe uiderentur:ſemp deinceps inter ſe ama/bant:& propinquitate:ſcilicet ſanguinis. Vale. Aſcriptum in quibus eſt.D.i.datum aut data eſt epiſtola pri/die Kalendis Iuniis Athenis.

Academia

M.Cicero

M.Cicero.S.D.P.Figulo.

QVærẽti mihi iãdiu qd ad te potiſſimũ ſcri/berẽ:nõmõ certa res nulla:ſed ne genus q̃dẽ literaꝝ uſitatũ ueniebat in mẽtẽ/unã eñ ptẽ:& cõſuetudinẽ earũ ep̃larũ qbus ſecũdis rebus uti ſoleba/mus:tp̃s eripuerat:pfeceratq; fortuua/ne qd tale ſcri bere poſſem:aut oĩo cogitare Relinqbat̃ triſte quod/dam:& miſerũ:& his tpibus cõſentaneũ genus litera rũ:id quoq; deficiebat me/in quo debebat eẽ:aut pro miſſio auxilii alicui⁹/aut cõſolatio doloris tui. Quid pollicerer:nõ erat:ipſe eñ pari fortuna abiectus alio rũ opibus caſus meos ſuſtẽtabã:ſæpiuſq; mihi uenie/bat in mẽtẽ:q̃ri ꝙ ita uiuerẽ:q̃ꝑ gaudere:ꝙ uiuerẽ. q̃ꝑ eñ nulla meip̃m priuatim pepulit ĩſignis iniuria:nec mihi qcq̃ꝑ tali tpe in mẽtẽ uenit optare:qđ non ultro mihi Cæſar detulerit:tñ nihilominus eis conficior cu ris:ut ip̃um:ꝙ maneã in uita peccare me exiſtimẽ. Careo eñ cũ familiariſſimis mltis quos aut mors eripuit nobis:aut diſtraxit fuga:tũ oĩbus amicis quoꝝ bñuo/lẽtiã nob̃ cõciliarat ꝑ me quõdã te ſocio defẽſa reſp. uerſorq; in eoꝝ naufragiis:& bonoꝝ direptionibus: nec audio ſolum:qđ ip̃m eſſet miſerũ:ſed etiã uideo/quo nihil eſt acerbius:eoꝝ fortunas diſſipari:quibus nõ ſolũ adiutoribus illud incẽdiũ extinximus. Et in q̃ urbe mõ gratia:authoritate:gl̃ia floruimus:in ea nũc his quidem oĩbus caremus. Obtinemus ipſius Cæſa/ris ſummam erga nos humanitatem: ſed ea plus nõ poteſt:q̃ꝑ uis & mutatio omniũ rerum atq; temporũ.

QVærenti.P.Figulus Nigidius uir doctrina ſingulari Põpeio cuius partes ſecutus erat uicto exulabat agebaturq; cũ ſua tũ reip. calamitate:quocirca cõſolat̃ eũ Cicero polliceturq; operã ſuã ĩ ip̃o reſtituẽdo. Ordo eſt. Nõ mõ nulla res certa: ſed ne quidẽ.i.non etiã aut non ſaltẽ uſitatum genus literarũ ueniebat in mẽtem.i. occurre/bat mihi/quærenti.i.diſquirẽti iãdiu: quid potiſſimũ ſcriberẽ ad te:Etenĩ.i. quia tẽpus eripuerat unã partem & ꝯſuetudinẽ earum literarũ quibus ſolebamus uti rebus ſecun/dis.i.cũ eſſent ſecũdæ:& fortuna.ſ. aduerſa perfecerat:ne poſſem ſcribere quid.i. aliqd tale.ſ.lætũ & iucundum:aut oĩno cogitare. Quoddã genus lr̃arũ triſte & miſerũ & cõ/ſentaneũ his tpib⁹ relinqbat̃.ſ. mihi:ſed id quoq; deficiebat.i.relinqbat me ĩ quo debebat eſſe aut ꝓmiſſio auxilii alicuius/aut cõſolatio doloris tui:nã nõ erat qd pollicerer eñ.i.qa:ipſe.i.ego abiectus pari fortuna/q̃tu:ſuſtentabã caſus meos.idẽ me inter multos caſus opibus.i.potẽtiis & auxiliis alioꝝ & ueniebat mihi in mentem ſæpius q̃ri.i.ut q̃rar ꝙ uiuerẽ ita.i.tã miſere: q̃ gaudere:ꝙ uiuerem.q̃q̃ eñ nulla inſignis iniuria pepulit.i.percuſſit meip̃m priuatim.i. peculiari/ter:nec quicq̃ uenit mihi tali tpe in mẽtem optare.i.ut optẽ qđ Cæſar non detulerit.i. præſentauerit mihi ultro.i.etiã prius q̃ ro/garem:tamen ego nihilominus cõficior.i. conſumor eis.i.eiuſmodi curis/ut exiſtimẽ me peccare ipſum.i.propter idip̃um aut in eoipſo ꝙ maneã in uita. Etenim.i.quia: Careo cũ.ſ.ita ſit ꝙ mltis familiariſſimis:quos aut mors eripuit nobis:aut fuga diſtraxit.i. in diuerſa loca traxit:tum ſup.multo euidẽtius eſt ꝙ careo omnibus amicis/quorum reſpub.defenſa quondam per me: te ſocio conciliarat nobis beneuolentiam:& uerſor ideſt aſſiduus ſum:in naufragiis eorum & direptionibus bonorum:nec ſolum audio:qđ ipſum.ſ. audire:eſſet miſerum/ſed etiã uideo:quo nihil eſt acerbius:fortuuas eorũ diſſipari/quibus non ſolum adiutoribus nos extinximus illud incendium.ſ.quod a coniuratis paratum erat. Et in qua urbe nos floruimus modo.i.pauloante gratia:authoritate:gloria:in ea nunc quidem caremus omnibus his.ſ.gratia:authoritate:gloria. Nos obtinemus ſummam humanitatem ipſius Cæſaris:qui.ſ.caput totius rei eſt:erga.i.aduerſum nos:ſed ea.ſ. humanitas Cæſaris non poteſt plus q̃ uis.i.uiolentia & mutatio omnium rerum atq; temporum. Quibus uerbis in/nuit perplexitatem in qua quilibet tyrannus eſt:qui tametſi clemens per naturam ſit:tamen quia occupando rempu.omnes offendit:cogitur ſi uiuere uult ſuos in ſubiectione tenere:quod ſine auſteritate nõ poſſit:cum neſciat quales ſint ſuorum in ſe animi. Ideo autem Cæſarem laudat ut Nigidio ſpem reditus faciat.

Itaq; orbus ii rebus:qbus & natura me:& uolũtas: & cõſuetudo aſſuefecerat:cũ cæteris(ut qdẽ uideor)tum ip̃i mihi diſpliceo. Nat⁹ eñ ad agẽdũ ſp aliqd dignũ uiro:nũc nõ mõ agẽdi rõnẽ nullã hẽo:ſed ne cogitã/di qdẽ:& q antea aut obſcuris hoĩbus:aut ẽt ſontibus opitulari poterã:nunc.P. Nigidio uni oĩum doctiſſi/

Itaq; ego ſup.orbus.i.ꝓuatus oĩbus iis re/bus:qb⁹ & natura & uolũtas & ꝯſuetudo aſſuefecerat me cũ.ſ.ita ſit ꝙ: ut qdẽ uideor: diſpliceo cæteris: tũ mltomagis ẽ ꝙ diſpli/ceo mihiipſi. Etei.i.qa:ego nat⁹.i. ꝑ naturã aptus ad agendũ ſemp aliqd dignũ uiro:habeo nunc non mõ nullã rõnẽ agendi:ſed ne quidẽ.i.nõ ſaltẽ/cogitandi.& qui poteram antea opitulari.i. opem ferre/aut hoĩbus

obſcuris.i.ignobilibus aut quoꝝ inocētia ī obſcuro erat:aut ēt ſontibus.i.māifeſte no/cētibꝰ:ut Milōi & uatinio.nūc nec qdē.i. nō ſaltē poſſū polliceri.ſ.aliqd opis Publio Nigidio:uni doctiſſimo & ſanctiſſimo oīm:& quondā maxīa gr̄a.i.q quōdā maximā gra/tiā habuerat:& certe.i.qđ īdubitatū:eſt amiciſſimo mihi: Ergo hoc lr̄arū genus.ſ.quo opē polliceamur:eſt ereptū.Reliquū ē.i. id ſolū reſtat:ut ꝯſoler.ſ.te.et afferā rōnes/q/bus coner abducere te a moleſtiis.At.i.ſed: ea qdē facultas cōſolādi uel te uel alteriꝰ eſt ſūma.i.maxima: in te ſi fuit unq̄ in ullo .ſ. hoīe.Itaqꝫ ego nō attingā eā partē.ſ. cōſolatoriā:q̄ ꝓficiſcit̄.i.orit̄ ab rōne quadā exqſita.i.excogitata at ſinglari:et a doctrina:qa ea in te ſūma eſt:et ideo:relinquā tibi : ſup. eā totā.Tu uidebis.i.ꝯſiderabis ꝑ teiꝑm qd ſit dignū hoīe forti et ſapiēte.i.qd faciendū ſit decēter hoī forti et ſapiēti in re aduerſa: et qd grauitas:qd altitudo aī : quid uita tua acta:qd ſtudia.ſ.tua:qd artes.ſ.tuæ: quibus floruiſti a pueritia:flagitent.i.acriter depo/ſcāt a te.Ego qđ poſſum ītelligere et ſenti/re.i.percipe ſenſu:qa ſū Romæ: et qa curo et attēdo.ſ.aīm ad eā rem:affirmo tibi id:te nō futurū diutius:in iſtis moleſtiis.ſ.exilii:ī qbus es hoc tpe:et ſup.fore.i.futurū eē fortaſſe ſemp in iis.ſ.moleſtis : in qbus etiam nos ſumus:uidentis.ſ.rēpu.ad unum reuo/lutum.Ego uideor mihi pſpicere.i.clare uidere:primū aīum ipſius.ſ. Cæſaris/qui pōt plurimū ꝓpenſum.i.inclinatū ad ſalutē tuā Ego nō ſcribo hoc temere.i.incōſiderate & ſine rōne:qa quo.i.quanto:ego ſum minus familiaris.ſ.Cæſari hoc idēſt tāto ſū curioſior ad inueſtigandū.i.ſcrutandū aīm eius. Quo.i.ut:poſſit reſpōdere triſtius ſup. iis quibus eſt iratior.i.dare reſpōſum triſtius: hoc.i.ideo:eſt adhuc tardior ad liberādū te moleſtia.q.d.cōtētus fuerit te petētē ueniā triſti reſpōſo afflixiſſe daturus mox ueniā: uero.i.ſed:familiares eius:&qdē.i.certe ii:q ſūt iucūdiſſimi illi:&.i.ſimul loquunt̄ : &.i. ſimul ſentiūt mirabilr̄ de te. Volūtas uulgi uel potius cōſenſus oīm accedit.i. addit̄ eodē.i.ad cōfirmationē eiuſdē rei. Etiā illa .ſ. reſp.quæ nūc qdē pōt minimū. ſed neceſſe eſt ſup.ut poſſit.ſ.plurimū : q̄ſcūqꝫ uires habebit/ab iiſipſis qbus tenet̄ .ſ. Cæſarianis: īpetrabit:crede mihi ꝓpediē.i.ſtatim aut intra paucos dies:de te.ſ.reſtituēdo p̄riæ. Igi/tur ego redeo ad id:ut pollicear etiā tibi aliquid qđ omiſerā primo:qa dixerat ſe nihil polliceri poſſe.Nā &.i. ſimul:cōplectar fa/miliariſſimos eius.ſ.Cæſaris:qui.ſ. familiariſſimi eius/diligunt me admodū .i. ualde: & ſunt multum mecum:& idēſt ſimul inſi/

mo:& ſctiſſimo:& maxīa quōdā gratia : & mihi certe amiciſſimo:nec benigne qdē polliceri poſſum . Ergo hoc ereptū eſt literarū genus.Reliquū eſt/ut cōſoler: & afferam rōnes:qbus te a moleſtiis coner abducere. At ea quidē facultas uel tui/uel alterius cōſolandi in te ſūma eſt:ſi unq̄ in ullo fuit.Itaqꝫ eā partē : quæ ab exqſita quadā rōne:& doctrina ꝓficiſcit̄ :non attingā tibi totā relinquā.Quid ſit forti:& ſapiente hoīe di/gnum:qd grauitas/qd altitudo animi/ qd acta tua uita:quid ſtudia/qd artes/qbus a pueritia floruiſti : a te flagitent/tu uidebis.Ego qđ intelligere/& ſentire:qa ſum Romæ & qa curo:attēdoqꝫ poſſum:id tibi affir/mo:te in iſtis moleſtiis:in qbus es hoc tpe:nō diutius futurū:in iis aūt/in qbus etiā nos ſumus fortaſſe ſem/per fore. Videor mihi pſpicere primū ipius aīm/q plurimū pōt/ꝓpēſum ad ſalutē tuā.Nō ſcribo hoc teme/re: quominus familiaris ſum hoc:ſum ad īueſtigādū curioſior. Quo facilius quibus eſt iratior rn̄dere triſtius poſſit:hoc eſt adhuc tardior ad te moleſtia liberā/dū.Familiares uero eius/& ii qdē qui illi iucūdiſſimi ſunt mirabilr̄ de te & loquunt̄ ꝙ ſentiūt. Accedit eo/dē uulgi uolūtas:uel potius cōſenſus oīm. Etiā illa:q̄ minimum nunc qdē pōt (ſed poſſit neceſſe eſt) reſp. q̄ſcūqꝫ uires hēbit:ab iis ipſis qbus tenet̄ de re ꝓpediē (mihi crede)īpetrabit.Redeo igit̄ ad id ut iā tibi etiā pollicear aliqd:qđ prīo omiſerā.Nā& cōplectar eius familiariſſimos:q me admodū diligūt / mltūqꝫ mecū ſunt/& ī ipſius conſuetudinē/quā adhuc meus pudor mihi clauſit īſinuabo:& certe oēis uias pſeq̄r qbus putabo ad id qđ uolumus pueire poſſe.In hoc toto gn̄e pſa faciā:q̄ ſcribere audeo.Cætera q̄ tibi a mltis prō/pta eē certo ſcio:a me ſunt patiſſima/nihil in re fami/liari mea ē/qđ ego meū malim eē q̄ tuū Hac de re : & de hoc gn̄e toto hoc ſcribo pcius.ꝙ te(id:qđ ipē cōſi/do)ſpare:malo te eē uſuꝝ tuis.Extremū illđ eſt: ut te hort̄ /&obſecrē aīo:ut maxīo ſis nec ea ſolū memieris q̄ ab aliis magnis uiris accepiſti ſed illa ēt:q̄ ipē igēio ſtudioqꝫ pepiſti q̄ ſi colliges:&ſpabis oīa optīe:&q̄ accidēt:q̄liacūqꝫ erūt:ſapiēter feres:Sed hec tu meliꝰ uł optīe oīm.Ego Quæ ptinere ad te ītelligā ſtudioſiſſi/me omnia/diligētiſſimeqꝫ curabo:tuorūqꝫ triſtiſſimo meo tpe meritoꝝ erga me memoriā cōſeruabo.Vale.

nuabo.i.īgerā/me in conſuetudinē ipſius.ſ. Cæſaris:quā.ſ.ꝯſuetudinē eius/pudor meus clauſit mihi adhuc: & certe pſequar oēs uias.i.oīa media qbus putabo poſſe puenire ad id qđuolumus.Ego faciā plura ī hoc toto gn̄e.ſ.ambiēdi pro te:q̄ audeo ſcribere.Cætera.ſ.auxilia:q̄ ego ſcio certo eē ꝓmpta.i.parata tibi a mltis:ſunt paratiſſima a me.Nihil eſt in re mea familiari qđ ego malim eſſe meū q̄ tuū. Ego ſcribo parcius .i. magis ſo/brie:& de hac re & de toto hoc genere.ſ.ſubueniēdi ꝑ rē ſuā amico:ꝙ malo.i.magis uolo te ſpare te uſurū eē tuis.ſ. rebꝰ.id qđ.i.quā rē:ipſe.i.ego ꝯfido.Illud.ſ.qđ nūc dicā:eſt extremū.ut horꝛ & obſecrē te:ut ſis aīo maximo:nec memieris ſolū ea q̄ accepiſti.i.didiciſti ab aliis magnis uiris:ſed ēt illa q̄ ipſe.i.tu:pepiſti .i. excogitaſti & īueniſti īgenio & ſtudio.ſ.ꝓprio:q̄.ſ.a te ꝑta:ſi colliges.i.ad aīm reduces.tu:&.i.ſil ſpabis oīa optīe:& feres.i.patieris aut portabis ſapiēter/q̄ accidēt q̄liacūqꝫ erūt.Sed tu ſup.diceres hæc melius.ſ.q̄ ego:uel optime oīum.Ego curabo ſtudioſiſſime & diligentiſſime oīa quæ intelligā pertinere ad te:et conſeruabo.ſ.apud me: memoriam tuorum meritorum erga me:tempore meo triſtiſſimo.i.quo exulabam. Vale.

M.Cicero.S.D.Cn.Planco.

BInas accepi literas Corcyræ datas:quaꝝ alteris mihi gratulabare:ꝙ audiſſes me meā pri/ſtinā dignitatē obtinere/alteris dicebas:te uelle quæ egiſſem bene: & fæliciter euēire.Ego aūt ſi dignitas ē bn̄ de rep. ſentire:& bonis uiris ꝓbare:qđ ſentias:obtineo dignitatē meā:ſin aūt in eo dignitas eſt:qđ ſentias aut re efficere poſſe aut deniqꝫ libera oratiōe defēdere:ne ueſtigiū qdem ullū eſt reliquū nobis dignitatis:agiturqꝫ p̄clare:ſi noſmetipſos regere poſſumus: ut ea q̄ partim iā adſunt ptim īpendēt moderate fera/mus:qđ eſt difficile in eiuſmodi bello:cui exitus ex altera parte cædē oſtētat:ex altera ſeruitutē. Quo in pi/culo nō nihil me conſolat̄ :cū recordor hec me tū ui/diſſe:cū ſecūdas etiā res noſtras nō mō aduerſas pti/meſcebā:uidebāqꝫ quāto piculo de iure publico diſceptaret̄ armis qbus ſi ii uiciſſent:ad quos ego pacis ſpe non belli cupiditate adductus acceſſerā : intelligebā tn̄ & iratoꝝ hoīum & cupidoꝝ:& inſolentiū q̄ crudelis eſſet futura uictoria:ſin autē uicti eſſent:quātus in/teritus eſſet futurus ciuium partim ampliſſimoꝝ:partim etiā optimoꝝ:qui me hec p̄dicentē:atqꝫ optīe cō/ſulentē ſaluti ſuæ malebāt nimiū timidū q̄ ſatis pru/dentē exiſtimari.qđ autē mihi de eo qđ egerim gratularis:te ita uelle certo ſcio:ſed ego tā miſero tempore nihil noui conſilii cepiſſem:niſi in reditu meo nihilo meliores res domeſticas:q̄ rēpu.offendiſſem:quibus eñ pro meis īmortalibus beneficiis chariſſima mea ſalus:& meæ fortunæ eſſe debebāt:cū ꝓpter eorū ſce/lus nihil mihi intra meos parietes tutū:nihil inſidiis uacuum uiderem:nouarum me neceſſitudinum fide/litate contra ueterum perfidiam muniendum putaui Sed de noſtris rebus ſatis uel etiam nimium multa.

BInas &c.Scribit̄ ad Cn. Plancum ad quē lib.x.cōpl'es ſcribētur poſt cædē Cæſaris.hec aūt ſcripta eſt feruentibus bellis ciuilibus.Reſpōdet aūt Plāco q gratulatus fuerat Cicerōi/ꝙ dignitatē ſuā retiēret apđ Cæſarē:qđ Cicero oſtēdit alr̄ eē. Et qa optauerat fælicit̄ euenire qđ Cicero egerat dicit ſe id q̊qꝫ ꝯfidere:pollicēs demū Plāco ſe & operā ſuā oēm.Ordo ē.Ego accepi.ſ.a te:binas lr̄as.i.duas epl'as datas Corcyræ.i. ī ea īſula q̄ eſt uicina adriatico mari : qa tn̄ ī genitiuo poſuit putē eē nomē urbis in ea ī/ſula:quaꝝ.ſ.lr̄arum alteris:tu gratulabare mihi ꝙ audiſſes me obtinere p̄ſtinā dignitatem meā.ſ.apud Cæſarē : alteris dicebas te uelle ea q̄ egiſſem euenire bene &fæliciter. Ego aūt ſi dignitas ē bene ſentire de rep.& ꝓbare qđ ſentias bonis uiris.i.ſn̄ia bonorū uiroꝝ:obtinebo dignitatē meā:ſin aūt.i.ſed ſi:dignitas eſt in eo:uidelicet aut poſſe efficere re qđ ſentias:aut deniqꝫ defendere qđ ſentias/uoce libera:neqdē.i.nō ſaltē ullum ueſtigiū dignitatis eſt reliquū nobis:agitur ſ.nobiſcum p̄clare ſi poſſumus regere noſmetipſos:ut feramus moderate ea q̄ partim adſunt:& ptim īpēdēt.i.imīnēt:qđ eſt difficile ī eiuſmodi bello:cuius exitus oſtētat ex altera pte.ſ.pōpeiana:cædē.i.occiſionē oīm eoꝝq ꝯtra rēp.a Cæſare ſteterit:&ſup.oſtētat ſeruitutē ex altera ſup.pte:uidelꝫ Cæſaris:q.ſ.uictor eēt ī ſeruitutē redacturꝰ uide/bat̄.Ergo:dices:Cicero ſētit Pōpeiū crudeliorē fore ipo Cæſare:certū ē ꝙ ſupbior fuerit:qa noluit parē pati ī rep.& Cæſar parē qdē ſed nō ſupiorē ferre poſat:& forte beni/gnior ēt erat Cæſar ꝑ naturā:ſed cauſæ di/uerſitas hāc opīonē de exitu belli.Si eñ Pōpeius uiciſſet:ſenatuſdecreto oēs Cæſaria/ni hoſtes iudicati fuiſſēt : ſi Cæſar:cū ſolus regnaret facile qbus imparet pepciſſet : In quo piculo nō nihil.i.in aliq̄ cōſolat̄ me:cū recordor me uidiſſe:&cognouiſſe hec.ſ.mala:tū.i.tūc:cū .i. qn̄ ego ptimeſcebā etiā res noſtras ſecūdas.i.pſperas:nō modo.i.nedū aduerſas:& uidebā quāto periculo diſceptaretur armis de iure publico.i.ad rēpu.ptinēte:qbus:ſ.armis ſi ii.i. Pompeiani uiciſſent

ad quos ego accesserã: adductus spe pacis. i. ut traherem Pōpeiũ ad concordiã: nō cupiditate belli: tñ. i. nihilominus / intelligebã: q̃. i. quãtũ crudelis esset futura uictoria: hominũ iratoꝝ. s. ob illa tñ iniuriã & cupidorum. s. rerũ. honoꝝ aut uindictæ: & insolentiũ. i. superbe agentiũ: sinautẽ. i. sed si uicti essent. s. Pōpeiani: intelligebã quãtus iteritus esset futurus partim ciuiũ amplissimorum partim etiã optimoꝝ / qui malebãt me ꝑdicentẽ hec: atq; consulentẽ optime saluti suæ: ut uidelicet potẽtiæ Cesaris cedant: existimari. i. iudicari aut existimare. i. iudicare: nimiũ timidũ: q̃ satis prudentẽ. qd autẽ gratularis mihi de eo qd egerim. s. de nuptiis cum noua uxore scio certo. i. pro certo te uelle ita: sed ego nihil noui consilii cepissem tã misero tpe. s. bellorum ciuiliũ: nisi offendissem in redditu meo. s. e Cilicia ꝓuincia: res domesticas / quas uxor dissipauerat: nihilo. i. nullo meliores: q̃ rẽp. em̃. i. qa sup. ii: uidelicet Quintus frater q in Ciceronẽ oꝝonem scripserat quã Cæsari recitaret: & Quinti fratris filius q de nece Ciceronis patrui sui cogitarat: & Terẽtia quæ ꝓpudice uixerat: & pr̃imoniũ diliꝑarat: unde eã repudiauit. quã Sallustius Ciceroni inimicus factus: ut ex ea eius secreta sciret quæ criminaretur duxit: qbus mea salus & meæ fortunæ debebant esse charissima pro ĩmortalibus beneficiis meis: cũ uiderẽ nihil mihi tuũ intra parietes meos. i. in propria domo: & nihil uacuũ insidiis ꝓpter scelus eoꝝ qa Cato nullã censuit adulterã q̃ non eadẽ si posset: uenefica esset: Putaui me muniendũ fidelitate nouarũ necessitudinũ. i. affinitatũ cũ noua uxore cõtra pfidiã ueterũ. s. necessitudinũ. Sed satis sup. scripsimus: de rebus nr̃is: uel etiã nimiũ multa: ut de tuis. i. scribã de tuis: ego uelim sis eo aĩo quo debes esse: idest ut neqd. i. aliqd nõ putes aliquid timẽdũ tibi ꝑcipue. i. singulariter aut p̃ cæteris: si em̃ aliqs status ciuitatis. s. Romanæ erit siue sub Pompeio siue sub cæsare: ego uideo te fore. i. futurũ expertẽ. i. ĩmunẽ omniũ periculoꝝ. Nam intelligo alteros. s. Cæsarianos esse iã placatos tibi. i. remisisse irã in te sua: & alteros. s. Pompeianos nũq̃ fuisse iratos. s. tibi. Aũt. i. sed: ego uelim iudices sic de mea uoluntate in te: me: q̃q̃ uideã qui. i. q̃lis sim: alii legũt qs sim: sed honestius ad euitandũ sibilũ deponit̃ s ut in buco. Attamẽ iste deus q sit da tityre nobis: & Despectus tibi sum / nec qui sim quæris alexi: hoc tpe. s. tam piculoso & mihi aduerso: & qd possim: q. d. uideo q minimũ: tamen quibuscũq; rebus intelligã opus esse sup. tibi: opera & consilio certe quidem studio. i. indubitanter studio si parum opera aut consilio posset futurum p̃sto. i. paratũ & auxiliarem rei famæ sup. & saluti tue. Tu uelim sup. ut facias me certiorem q̃ diligentissime: & qd agas. s. modo: & qd putes te acturũ. s. deinceps. Admonui supra ex Laurentio Valleñ. in oratione soluta raro aut nũq̃ dici facio te certum: sed certiorem.

ACcepi &c. Argumẽtũ pspicuũ est. Ordo aũt est. Ego accepi lr̃as tuas perbreues. i. ualde breues: qbus non potui cognoscere id qd cupiebam scire: cognoui aũt id qd non fuit mihi dubiũ. Nã non intellexi q̃ i. quãtum fortiter ferres miserias cões: pspexi facile: q̃. i. q̃tũ amares me: sed sciera hoc s. posterius dictũ: si scissem illud. i. prius dictũ / uidelicet / q̃ fortiter ferres cõis miserias accõmodassem lr̃as meas ad id. Sed tametsi i. nihilominus: & si. i. q̃q̃ / scripsi antea / quæ existimaui oportere scribi: tñ putaui te cõmonendũ breuiter hoc tẽpore: ne existimares te esse in quo. i. aliquo periculo ꝓprio: nos sumus omnes in magno. s. periculo: sed tñ cõi. Quare nõ debes postulare aut fortunam propriam aut præcipuã: idest præeminentem: aut recusare: idest renuere cõmunem: scilicet fortunam. Quapropter simus inter nos eo animo: hoc est beneuolo / quo fuimus semper: quod: scilicet ita fore: ego possum sperare de te: & prestare: idest exhibere & efficere de me. Vale.

M.Cicero.S.D.Cn.planco.

ACcepi perbreueis tuas literas quibus id quod scire cupiebam cognoscere non potui: cognoui autem id quod mihi dubium non fuit. Nam q̃ fortiter ferres communeis miserias: non intellexi: q̃ me amares: facile perspexi: sed hoc scieram illud si scissem: ad id meas literas accommodauissem Sed tametsi antea scripsi quæ existimaui scribi oportere: tamen hoc tempore breuiter commonendum putaui: ne quo in periculo te proprio existimares esse: in magno omnes: sed tamen in cõmuni sumus. Quare non debes aut propriam fortunam aut præcipuam postulare: aut communem recusare. Quapropter eo animo simus inter nos quo semper fuimus. Quod de te sperare: de me præstare possum. Vale.

M.T.C.Eplarũ

M.T.C.Epistolarum familiarium.Lib.V.

Qu.Metellus.Qu.F.Celer Procõsul.S.D.M.T.Ci.

SIuales bene est. Existimarã pro mutuo iter nos aio & pro reconciliata gratia nec absentẽ ludibrio læsum iri: nec Metellũ fratrem ob dictum: capite ac fortunis per te oppugnatũ iri. quem si parũ pudor ipius defendebat debebat uel familiæ nostræ dignitatis. uel meũ studiũ erga uos: rẽq; pu. satis subleuare. Nũc uideo illũ circũuẽtũ: me desertũ: a qbus minime cõueniebat. Itaq; in luctu & squlore sum: q ꝓuiciæ: q exercitui ꝑsum q bellũ gero. Quæ qm̃ nec rõne / nec maioꝝ nostroꝝ cloemẽtia administratis / nõ erit mirãdũ: si uos pœnitebit. Etiã mobili ĩ me: meosq; eẽ aio nõ spabã. Me iterea nec domestic⁹ dolor: nec cuiusq̃ iiuria a rep. adducet. Vale.

SIuales &c. Hec qnti libri epla acerbe qdem est in Ciceronem scripta / sed iõ ꝓposita ut sequẽtiũ qbus se purgabit Cicero / agumẽta aperiat: Scribitur a Quin. Metello impatore in hispaniis agẽte q intellexerat frem suũ a Cicerone ob dictũ ac uerbũ unũ grauiter oppugnari. Ordo est. Si uales bene est. i. recte se res habet. Ego existimauerã pro mutuo aio iter nos: & pro gra recõciliata. i. ꝓpter beneuolẽtiã & recõciliationẽ: nec sup. me absentẽ læsum iri. i. offendendũ esse: ludibrio. s. tuo ꝑcipue in fratrẽ. Nec Metellũ fratrẽ. s. meũ oppugnatũ iri: p te: capite ac fortunis. i. eiusmodi accusatiõe ubi agereť de periculo uitæ ac rerum eius. Quẽ. s. fratrem meũ: si pudor ipsius defendebat parum. s. a te: uel dignitas familiæ nostræ: uel studiũ meum erga uos. s. te & frem tuũ: aut oẽs qui Romæ estis. & erga remp. pro qua in Hispania bellũ gerebat: debebat subleuare. s. ab onere talis oppugnationis. satis. Nũc uideo illũ. s. fratrẽ meũ: circũuẽtũ i. insidiis captũ & seductum: & me desertũ s. auxilio & ope aut honore: sup. ab illis a q bus conueniebat. i. condecẽs erat minime. i. nequaq̃: quasi dicat: a te / a quo optime meriti sumus. Itaq; idest & ita: ego sum in luctu & squalore: quasi dicat: talis sum / qualis frater qui capite oppugnabatur: tales enim rei ut iudicũ aut populi misericordiam promereantur squalida & demissa barba: & uestibus situ & pedore uictis e carcere prodibant: ego inq̃t / qui præsum prouinciæ: qui præsum exercitui: & qui gero bellum pro repub. in Hispania ut dixi. Tales autem debebant apparere læti & maiestatis ac dignitatis pleni. Quæ scilicet prouinciam: exercitum & bellum: quoniam nec administratis: idest tractatis ratione: nec cloementia maiorum: idest qualis erat priscis Romanis maioribus nostris in absentes: non erit mirandum si pœnitebit uos Pluraliter loquitur inuidiose / quasi a multis laedatur / non tamen honoris gratia ad unum Ciceronem pluraliter loquitur quod galli linguam suam sequẽtes facile dicerent: sed licet precipue Ciceronem taxet: tamen etiam ad iudices omnes loquitur. Etiam non sperabam supple uos esse in me & meos præsertim in fratrem: animo mobili: idest tam uariabili. Interea scilicet dum tales eritis: nec dolor domesticus nec iniuria cuiusq̃ / abducet me a republi. idest procuratione salutis eius. Facile apparet a perturbato & iracundo homine epistolam scriptam præsertim cum uera non sint quæ scribat.

M.T.M.F.Cicero. Qu.Metello. Qu.F.Celeri Proconsuli. S.D.

SI tu exerci tusq; ualetis bene est. Scribis ad me te existimasse ꝑ mutuo iter nos aio & ꝑ recõciliata gratia nũq̃ te a me ludibrio læsum iri: qd cuiusmodi sit. satis ĩtelligere nõ possũ: sed tñ suspicor ad te eẽ allatũ me ĩ senatu cũ disputarẽ: ꝓ multos eẽ: q̃ rẽp. a me cõseruatã dolerẽt: dixisse: a te, ꝓ ꝓiquos tuos: qbus negare nõ potuisses ĩpetrasse: ut ea q̃ statuisses tibi ĩ senatu de mea laude eẽ dicẽda: reticeres. qd cũ dicerẽ: illd adiũxi: mihi tecũ dispartitũ offiñ fuisse in reip. salute retinenda: ut ego urbẽ a domesticis insidiis: & ab intestino scelere: tu / Italiam: & ab armatis hostibus: & ab occulta cõiuratione defenderes: atq; hãc nostram

SI tu &c. Respõdet particulatim epla superiori: refellitq; singla fere eius dicta: probans nec animũ ac amorem Metelli fuisse mutuũ: nec se habuisse ipm ludibrio: nec gratiã reconciliatã: nec se fratrem eius ob dictum capite oppugnasse: sed se aduersus eum defendisse cũ dictaret ea pœna Ciceronem affici debere: qua ipse ciues romanos affecisset: uidelicet Catilinã: Lentulum Cethegum & cæteros coniuratos: At cõtra significat se usum erga fratrẽ Metelli omni humanitate & clemẽtia. seq; Metelli amicitiam cõseruaturum: rogans ut sili in se sit animo. Ordo est. Si tu & exercitus ualetis bene est. i. recte se res habet. Scribis ad me te existimasse: ꝑ mutuo inter nos aio & ꝑ reconciliata gra: te nũq̃ læsum iri. i. lædẽdum fuisse: a me ludibrio. i. cõtumeliosa irrisiõe præsertim in facto: cũ iocus sit in uerbis: qd. s. scriptũ aut dictum tuũ: cuiusmodi sit: nõ

SI uales. &c. Vatinius Ciceronẽ rogat ut pro reb⁹ bene in illyria geſtis ſupplicationẽ ſibi decernendã procuret: pollicetur q; ſe curaturũ ut fugitiuus Ciceronis cõpræhendatur dicens. Si uales o Cicero: bene ẽ: ego ualeo. ſ. bene. Si tu ſeruas cõſuetudinem tuam in tuendis. i. protegendis patrociniis. i. clientib⁹ patrocinio tuo commiſſis: Publius uatinius cliens. ſ. tuus. i. te aduocatũ et pronum ſuum colens: uenit ad te. honeſtius dicit q̃ ſi dicat: ego. P. &c. uenio: q uult cãm dicier: p dici: p ſe. i. p ſupplicatione ſibi ĩpetrãda. ego non puto ſup. q͏̃/ repudiabis in honore. ſ. obtinẽdo aut in re honeſta: quẽ recepiſti. ſ. defendẽdũ: in periculo. ſ. capitis. Aũt. i. ſed: quẽ ego adoptẽ aut inuocem potius q̃ illũ/ quo defendente didici uincere? q. d. nullũ. An uerear ne. ſ. Cicero: q neglexerit. i. puifecerit/ conſpirationẽ hoĩum potẽtiſſimorũ ſcilicet mihi aduerſantiũ: p ſalute mea i. ut me ſaluũ faciat: is nõ pſternat atq; obterat obtrectatiões et inuidias puſillorũ ac maleuolorũ: p honore meo. ſ. augendo? q. d. neq̃q̃. Quare ſi amas me ſiue ſicut ſoles ſuſcipe me totũ/ atq; puta. i. exiſtima: hoc quicqd eſt oneris ac muneris. i. officii/ tuendũ ac ſuſtinendũ ſup. eſſe tibi: p dignitate mea Scis fortunam meã inuenire facile/ neſcio quõ: obtrectatores. i. maledicos: quidẽ. i. certe: me hercle. ſ. ita iudicante: non merito. i. peccato meo: ſed quãti refert. i. intereſt: id. ſ. an merito an ĩmerito fiat: ſi tamẽ i. nihilomin⁹ accidit neſcio quo fato. i. infortũnio mihi ex aſtrorum aut deorũ diſpoſitiõe impendente: pmittit eñ deus etiã bonis aduerſa contingere ut inde meliores euadant: ſed malũ culpæ a fato non dependet: ſed arbitrio noſtro. Si forte quis. i. aliqs fuerit q uelit obeſſe. i. nocere & obſiſtere dignitati noſtræ: peto a te. ut pſtes mihi tuã conſuetudinem & liberalitatẽ in me abſente defendendo. Ego perſcripſi tibi infra. i. in inferiore pte tabellæ: literas ſup. meas eo: exemplo: quo exemplo. i. qua forma: miſeram ad ſenatũ: aut perſcripſi tibi quo exemplo &c. ſeu prior expoſitio plus placet. priore enim de modo dyploma. i. qđ duplum dicunt & exemplũ literraũ ſuarum ſcripſerit: poſteriore tantũ formã qua ſcriptæ eẽnt. Seruus tuus fugitiuus. ſ. dionyſius noĩe anagnoſtes. i. lector tuus: aut in mẽſa aut in lectica: nõ eſt ergo pprĩũ ſed officii nomen: a uerbo ἀναγιγνώσκω qđ eſt lego: unñ ἀνάγνωσις anagnoſis lectio: dicit̃ eſſe Vardaci. i. in eo oppido in illyriis: de quo tu mandaſti mihi. ſ. ut curem comprehendendũ/ ego tamen premandaui. i. anteq̃ eo perfugeret: ut conquireret̃ terra mariq;: & profecto ego reperiã tibi. i. ad utilitatem tuam: illum/ niſi aufugerit in dalmatiam ſeu delmatiã quæ eſt pars illyriæ: & tamen. i. licet eo fugerit: ego eruã. i. auellam eũ aliquãdo. i. tandẽ inde. i. ab eo loco. Tu fac ſup. ut. ames nos. Vale. Ex caſtris Narona. i. in eo loco ad tertium idus quintileis. i. Iulias.

SI uales. Idem uatinius ex eadem puincia hanc ad Ciceronẽ dedit epistolam: in qua primũ scribit se nihil certi adhuc habere de dionysio seruo fugitiuo: sperare tãtũ posse eũ aliquãdo eruere e dalmatia. Deinde qa Cicero & Seruilius deꝓcati fuerant ꝓ quodã Pirata Catilio noĩe: quẽ Vatinius bello cœperat: adducit multas causas q̃re ei nõ debeat parcere: rogatq; Ciceronẽ ut cãm suã defendat Romæ: qa potuissent supplicationes sibi decerni ꝓ rebus in dalmatia bene gestis: Sed Cæsar q debebat referre de ea re nihil adhuc retulerat: qd iniquũ censet: cõmemorans quædã ꝑclare gesta. Deinde se totũ Ciceroni ab eo defendendũ tradit. Ordo est. Si uales bene est: ego quidem ualeo. Ego nihil adhuc extrico. i. expedio & extricis & inuolucris eruo de dionysio tuo. s. seruo fugitiuo. i. nihil adhuc certi afferre possum: & eo. i. tanto minus sup. extrico aliquid q; frigus dalmaticum/ quod eiecit sup. me: illic. i. e dalmatica: refrigerauit. i. iterũ frig generauit ẽt hic. s. ubi nunc sum. i. in hac ꝑte illyriæ. q. d. ꝓp frigus nihil hactenus potui agere: unde ẽt pigrũ a Vergilio dr̃: qa pigros facit: sed non desistam quin eruã. i. extraham quasi ferã e latebris: illũ. s. seruũ tuũ aliquãdo. i. tandẽ. Sed tamẽ tu imperas mihi oĩa dura. i. difficilia factu. Scripsisti nescio qd deꝓcationis diligentissimæ. i. qua diligentissime precatus es ne aĩaduertã in Catilium: de Catilio. s. pirata a me capto. Apagete: comicus & plauto familiaris sermo. quo more supradixit dicier ꝓ dici. Videtur autẽ græcum uerbum ab apo & ago compositũ: Nam & ago græce dicitur: ut sit apegete. i. amouete: ꝓcul agite: ut sup. cũ Sexto Seruilio nostro: nam me hercule ego amo quoq; illum. s. Seruilium: quare dixerat nostro Seruilio: sed recipitis uos. s. tam sancti & prudẽtes uiri: causas hmõi clientis. i. rei. s. piratæ q. d. id non decere. Suscipitis inq̃ defendendũ: hoĩem unũ. i. solũ crudelissimũ oĩum/ q stuprauit tot igẽuas. i. nlla seruitute sua aut maiorũ suoꝝ notatas mr̃essfamilias: & sup. q occidit tot ciues Romanos: q arripuit: disperdidit. s. tot ciues romanos: & sup. q uastauit regiones. Simul uero: homo semissis. i. uix asse & dimidio eius æstimandus: unde prius homini semissi legendũ dixi: tulit arma contra me: & cepi eum bello. s. iusto. Sed tamen mi Cicero quid possum facere. s. in hac re: qdem. i. certe ego cupio sup. facere oĩa: me hercle: qua tu imperas mihi. Ego remitto tibi. i. ad placitũ tuũ: cõdono meã aĩaduersionẽ. i. iustã punitionẽ Catilii: & suppliciũ/ quo ea usurus in eum/ quẽ cepissem/ qd possum respondere illis qui actores. i. cum sint actores & accusatores: expostulant. i. iuste & manifeste postulant: bona sua direpta. s. a Catilio: naues expugnatas aptas & uictas ab eo: ffes. liberos pentes occisos. s. ab eodẽ? q. d. nihil possum honeste respondere si eum absoluo. Me hercle/ si haberem Appium. s. pulchrum/ hoĩem cauillosum & cautum sup. adiutorem aut defensorem: in cuius locum ego sum suffectus. i. substitutus: tamen non possem sustinere hoc. i. hanc iniquissimam absolutionem: aut expostulationem tam iustam in Catilium agentium. Ergo sup. inquies quid est. s. reliquum: Ego faciam sedulo. i. seorsum a dolo diligenter omnia que sciam te uelle. Sup. Catilius defendit cõtra actores: a Quinto Volusio discipulo tuo: si forte ea res. i. fama patroni: poterit fugare

Semissis.

Vatinius Ciceroni suo Salutem dicit.

SI uales bene est: ego quidẽ ualeo. De Dionysio tuo adhuc nihil extrico: & eo minꝰ q; me frigus dalmaticum: quod illinc eiecit: etiam hic refrigerauit. sed non desistam: quin aliqñ eruam. Sed tamen omnia mihi dura imperas. De Catilio nescio quid ad me scripsisti deꝓcationis diligentissime Apagete cũ nostro Sexto Seruilio: nã me hercle ego quoq; illum amo. Sed huiusmodi uos clientis: huiusmodi causas recipitis? hominem unum omnium crudelissimum: qui tot ingenuas matresfamilias stuprauit: tot ciueis ro. occidit: arripuit: disperdidit regiones uastauit: Simul uero semissis homo cõtra me arma tulit: & eum bello cepi. Sed tamen mi Cicero quid facere possum? Omnia me hercle quidem cupio: quæ mihi imperas. Meam aĩaduersiõem: & supplicium quo usurus eram in eum quem cepissem: remitto tibi: & cõdono: qd illis respondere possum: qui sua bona direpta: naueis expugnatas fratres. liberos. parentes occisos. actores expostulant: si me hercule Appium haberem: in cuius locum suffectus sum: tamen hoc sustinere nõ possem. Quid ergo est: faciã omnia sedulo: q̃ te sciam uelle. Defenditur a Qu. Volusio tuo discipulo: si forte ea res poterit aduersarios fugare: ĩ eo maxime spes est. Nos si quid erit istic opus defendes. Cæsar adhuc mihi iniuriam facit de meis supplicationibus: & rebꝰ gestis dalmaticis adhuc non refert: quasi uero non iustissimi triumphi in Dalmatia res gesserim. Nã si hoc expectandum sit: dum totum bellum conficiam uiginti oppida sunt Dalmatiæ antiquæ: quæ ipsi sibi asciuerent amplius sexaginta. hæc nisi omnia expugno mihi supplicationes non decernuntur. Longe alia conditione ego sum ac cæteri imperatores. Vale.

poterit fugare aduersarios. s. eius: spes est maxime ĩ eo. Tu defendes nos istic. i. ubi tu es: hoc ẽ Romæ: si quid erit opus. Cæsar facit mihi adhuc iniuriã de supplicatiõibus meis: & non refertur adhuc. i. non affert in consultationẽ senatus: de rebus gestis. s. a me: dalmaticis. i. in dalmatia: quasi uero. non gesserim in dalmatia res iustissimi triũphi. i. triumpho dignissimas: Nam si hoc. s. referre de rebꝰ meis sit expectandum: dum. i. donec cõficiam. i. finiam totum bellum: uiginti oppida sunt dalmatiæ antiquæ: quæ asciuerunt idest attraxerũt sibi amplius sexaginta sup. oppidis: que dicuntur dalmatia noua: nisi ego expugno. i. capio hæc omnia supplicationes non decernuntur mihi? q. d. id iniquum esse. Ego sum: si hoc: fit longe alia quia deterior ꝓ ditione/ ac. i. q̃: cæteri imperatores. Vale.

P. Vatinius. M. T. Ciceroni. S. D.

EGo post supplicatões mihi decretas in Dalmatiam profectus sum: sex oppida ui oppugnando cepi. unum hoc qd erat maximum quater a me iam captum quattuor. n. turreis: & quattuor muros cœpi: & arcẽ eorum totã ex qua me niues: frigora: imbres detruserũt: indigneq; mi, Cicero oppidum captum: & iam confectum relinq̃re sum coactus quare te rogo si opus erit: ad cæsarem meã cãm agas: meq; tibi in omneis partes defendendum putes: hoc existimans neminem te tui amantiorem habere. Vale. Nonis decembribus Narona.

M. Cic. P. Vatinio Imperatori. S.

GRata tibi esse officia mea non miror cognoui enim te gratissimũ oĩum: idq; nũq̃ destiti ꝑdicere. nec. n. tu mihi gratiam mõ habuisti: uerũetiam cumulatissime retulisti: quam obrẽ reliqs tuis rebus oĩbus pari me studio erga te & eadem uolũtate cognosces. Quod mihi fœminã primariã põpeiã uxorẽ tuã cõmẽdas: cũ Sura nostro statim tuis literis lectis locutus sum ut ei meis uerbis diceret: ut qcqd opus esset: mihi denũciaret: & me oĩa q̃ ea uellet: summo studio: curaq; facturũ: itaq; faciam: eãq; si opus esse uidebatur: ipse conueniã. Tu tñ ei uelim scribas: ut nullã rẽ: tã magnã: neq; tã paruã putet: q̃ mihi aut difficilis/ aut parũ me digna uideat. Omnia q̃ in tuis rebus agã: & nõ laboriosa mihi & honesta uidebũtur. De Dionysio: si me amas: cõfice quãcũq; ei fidem dederis: ꝑstabo. Si uero improbus fuerit: ut est: duces eum captiuum in triumpho. Dalmatis dii male faciant: qui tibi molesti sunt: sed ut scribis: breui capientur: & illustrabunt res tuas gestas. semper enim habiti sunt bellicosi. Vale.

GGo. Principiũ est nouæ epl̃e. Ego sum ꝓfectus in dalmatiã post supplicationes decretas mihi. s. a sẽatu. ego cepi sex oppida oppugnãdo sup. ea: ui. Vnum sup. oppidum qd erat maximũ: captũ sup. est a me iã quater: cepi enĩ quattuor turres & quattuor muros: & totam arcẽ. i. qd dicunt fortelitiũ eorũ: ex qua. s. arce. niues/ frigora: imbres: detruserũt me: & o mi Cicero coactus sum ĩ digne. i. qd indigne ferendũ est relinquere oppidũ captũ: & iam confectũ. Quare rogote/ agas cãm meã ad. i. apud Cæsarem: si sit opus & putes me defendendũ tibi in oẽs partes: existimãs hoc: te neminem habere amãtiorem tui Vale. &c.

GRata &c. Nõ r̃ndet supiori epl̃e: sed alteri q̃ Vatiniꝰ egerat Ciceroĩ gr̃as ꝓ ipẽsis bn̄ficiis: pollicet igit se ĩ offõ & uolũtate pmãsurũ: monetq; ut uxori scribat eã sibi cõmẽdatissimã eẽ: & demũ mõet ut fugitiuũ ꝑseq̃t Dionysiũ uidelicet. Ordo ẽ. Ego nõ miror officia mea eẽ grata. i. accepta tibi cognoui em̃ te gratissimũ sup. eẽ oĩm. s. hominũ. & ego nũq̃ destiti ꝑdicare id: aliter tñ Appio scripsit: enĩ. i. qa: tu nec mõ. i. nõ solũ habuisti. s. ĩ aĩo: gr̃am mihi: uerũ ẽt retulisti i. reddidisti re ipa. sup. gr̃am: cumulatissie: q̃ obrẽ tu cognosces pari studio & eadẽ uolũtate erga te: sup. ĩ reliqs rebꝰ tuis oĩbꝰ. Quod i. qa tu cõmẽdas mihi fœminã ꝑmariã. Põpeiã. s. noĩe uxorẽ tuã: ego locutꝰ sũ statĩ lectis lr̃is tuis. i. postq̃ legerã lr̃as tuas: cũ Sura nr̃o s. familiari: ut diceret ei. i. uxori tuæ: uerbis meis. i. noĩe aut ex mãdato meo: ut sup. ipsa denũciaret mihi qcqd opꝰ eẽt sup. illi: & me facturũ sup. eẽ: oĩa q̃ ea: uellet: summo studio q; cura sup. sũma: & si uidebit opꝰ. i. opæpretiũ eẽ: ego ipse. i. egomet: ꝓueniã eã. i. ibo ad eã. Tñ ego uelĩ sup. ut: tu scribas ei: ut nullã rẽ putet neq; tã magnã neq; tã puã: q̃ uideat mihi aut difficilis: si sit sane magna/ aut parũ digna me. i. opa mea si sit nimiũ ꝑua & facilis. Omnia q̃ agã in tuis rebꝰ: uidebunt mihi: & nõ laboriosa. i. non difficilia nec multi laboris/ & honesta. Cõfice. i. cõsumma & finẽ fac de Dionysio. s. seruo fugitiuo ut redeat: si amas me: quãcũq; fidẽ dederis. i. qcqd ei ꝓmiseris de me: utpote q; eũ nõ cædeat: nec minus amet: aut ꝓpterea uituperet & similia. Ego ꝑstabo. i. exhibebo & seruabo sup. eã. Si uero fuerit improbꝰ. i. ꝓprobãdus & incorrigibilis: ut est: duces eum captiuũ in triumpho. Dii male faciant Dalmatis qui sunt molesti tibi: sed ut scribis/ ipsi capiantur breui. Ridicula est & assen-

tatoria imprecatio in hostes propterea q̃ non sinunt se capi ad uoluntatem hostilis imperatoris cupientis de eis triumphare:& illustrabunt.i.illustriores & clariores facient res tuas gestas:quia quanto uictoria fuerit difficilior:& quanto hosti s fortior & animosior: tanto corona ac triũphus cõtinget gloriosior:unde addit:enim i.quia ipsi.s.Dalmatæ habiti.i.existimati & reputati aut inuenti sunt semper bellicosi. Et eam ob rem dicunt Alexandrium regem noluisse cum Amazonibus cõfligere:cum uictoria parum honoris: utpote de muliercularis:haberet:& fuga æternũ dedecus.Blãditur ergo Cicero Vatinio. Imitanda tamẽ est alioq̃ epla.

QOram &c. Lucius Luceius uir dicendi peritissimus, Italici ciuilisq̃ belli historiã scribebat in q̃ se facturũ mentionẽ gestorũ a Cicerone significauerat:uerum cũ Cicero audissimus esset gloriæ:uideretq̃ Luceiũ rem differre stimulat eũ :monetq̃ quæ & q̃ forma de se scribi uelit:q̃ si Luceius recusauerit ipse perscripturus sit/magnorũ uirorum exẽplo.Ordo est.Pudor quidã :pene.i. quasi:subrusticus.i.aliquãtũ rusticus & agrestis:rustici aũt uerentẽ sæpe ubi uereri nõ debeant/eo q̃ nesciũt quãdo bene faciant:deterruit me conãtẽ sæpe hæc eadẽ agere.i.tractare tecũ:corã.i.in ꝓsentia.q̃ ego absens exponã.i.declarabo nõ audacius. Enim.i.quia: epistola non erubescit:&ita longe audemus plura scripto q̃ uerbo petere. Ego ardeo.i. uror/cupiditate incredibili/neq̃ reꝑhẽdenda:ut ego arbitror/qa dere hõesta:uidelicet ut nomẽ nostrũ illustretur.i.nobilitetur &clariꝰ fiat & celebretur.i.celebre fiat:scriptis tuis. Quod.i.quã rem:etsi.i.q̃q̃:ostendis mihi sæpe te esse facturũ:tamen uelim:sup.ut:ignoscas huic festinationi meæ. Enim.i. qa genus:scriptorũ tuorũ:&.i.q̃q̃ erat sp spectatũ &.i.optatũ a me/uehemẽter:tñ uicit.i. supauit:opinionẽ meã.i.elegãtiꝰ &meliꝰ ẽ q̃opiabar& uel cœpit.i.affecit quasi captiuũ/uel ĩcẽdit.i.inflãmauit:me ita:ut cuperẽ rũores nostros.i.sermones incertorũ authorũ q̃ habentẽ de rebus a me gestis:cõmẽdari.i.laudari/aut cõmitti/monumẽtis tuis.i.testimoniis scriptorũ tuoꝝ:q̃ legentẽ moneãt rerũ a me gestarũ:q̃/ꝑ per q̃ celeriter:Rerũ genus locutiõis: ꝑsertim apud Ciceronẽ:in quo q̃ pro ualde ponat cũ positiuo:nã sẽdm Vallã dicendũ esset q̃ celerrime:nisi fortassis dicas: q̃.i.o q̃tũ celeriter:sicut in andria Terentii:Reiecit se in eã flens: q̃familiariter.i.o q̃tum familiariter ut exponit Valla:cum possit dici q̃ ꝑ perq̃ positũ ut hoc loco.Nõ enim solũ cõmemoratio posteritatis.i.eoꝝ qui post nostrã ætatẽ futuri sunt:rapit me ad quandã spem ĩmortalitatis.s.famæ & nominis:sed ẽt illa cupiditas ut uiui perfruamur authoritate testimonii tui:uel iudicio beneuolentiæ.s.tuæ in me:uel suauitate ingenii.s. tui:in cõtexẽdis historiis:uiui inquã.i.tãtisper dũ uiuamus.Nam non dubitat quin cessante inuidia:ut post obitũ inuisorum fieri solet:uirtus defuncto in honore sit.Neq̃ tñ cũ scribebam hæc.i.has lras:eram nescius.i.nõ ignorabam/quantis oneribus rerum susceptarũ.s.a te:ut eas perscribas: & in debitam formam historiæ digeras:& institutarum.i.inceptarum iam/unde instituere est quasi a primordiis rerum erudire quẽq̃:& inde institutum dicitur quasi propositum & inceptum.instituta uero mores a principio alicuius ciuitatis instituti. Institutiones aut em sunt formæ & rationes instituendi ac preceptiones ut Valla obseruauit/tu premerere idest quasi obruereris:hoc est quantæ molis sit rem talem perficere.

Sed qa uidebã historiã belli Italici.i. socialis:qd cũ Italis a Romãis gestũ est : & ciuilis qd iter ciues Romãos gestũ ẽ:de quo Appianus scripsit:eẽ iã pene.i.q̃si pfectã a te:dixeras aũt mihi te uelle ordiri.i.ex ordĩe aggredi:aut incipere:reliquas res nolui deesse mihi.i.honori meo:quin admonerem te ut cogitares:ne idest an malles idest magis uelles contexere idest sub uno filo & ductu oõnis per modum rapsodiæ ꝓscribere:nostra.i.res

Quã cum positiuo.

Institutões Instituta.

Sed qa uidebã Italici belli & ciuilis historiã iã pene a te esse ꝑfectã:dixeras aũt mihi te reliq̃s res ordiri:deeẽ mihi nolui.qn te admonerẽ: ut cogitares cõiuncte ne malles cum cæteris rebus nostra cõtexere:an ut multi græci fecerunt:Calisthenes troicum bellum:Timæus Pyrrhi:Polybius Mumãtinũ : qui oẽs a perpetuis suis

historiis ea

historiis ea:q̃ dixi bella:separauerũt:tu quoq̃ item ciuilẽ coniurationẽ ab hostibus externisq̃ bellis seiungeres:eqdẽ ad nostrã laudẽ nõ multũ uideo interesse: sed ad ꝓperationẽ meã qddã interest:nõ expectare donec ad locũ uenias:ac statim cãm illã totã & tps arripere.Et simul si uno argumẽto: unaq̃ in psona mens tua tota uersabit:cerno iã aõ quãto oõa uberiora:atq̃ ornatiora futura sint.Neq̃ tñ ignoro q̃ impudẽter faciam:q primũ tibi tãtũ oneris imponã:põt enim mihi denegare occupatio tua:deinde etiam ut ornes me postulem:Quid si illa tibi non tantopere uidentur ornãda? Sed tamen qui semel uerecũdiæ fines transierit: eum bene & nauiter oportet esse impudentem.Itaq̃ te plane etiam atq̃ etiam rogo:ut & ornes ea uehemẽtiꝰ:q̃ fortasse sentis:&ĩ eo leges historiæ negligas:gratiamq̃ de qua suauissime quodam in procemio scripsisti:& a qua te affici non magis potuisse demonstras q̃ Herculem Xenophõtium illum a uoluptate : ea si me tibi uehementius commendabit:ne aspernere: amoriq̃ nostro plusculum etiam q̃ concedit ueritas largiare Quod si te adducemus:ut hoc suscipias:erit ut mihi persuadeo materies digna facultate & copia tua. A principio enim coniurationis usq̃ ad reditum nostrum uidetur mihi modicum quoddam corpus confici posse: in quo & illa poteris uti ciuilium coniurationum sententia:uel in explicãdis causis rerum nouarum:uel in remediis incommodorum:cum & reprehẽdes ea quæ uituperanda duces &q̃ placebunt exponẽdis rationibus comprobabis.Et si liberius:ut consueuisti : agendum putabis:multorum in nos perfidiam:insidias:ꝑditionem notabis.Multam etiam casus nostri tibi uarietatem in scribendo suppeditabunt plenam cuiusdam uoluptatis:quæ uehementer animos hominum in legendo scripto retinere possit. Nihil enim est aptius ad delectationem lectoris q̃ temporum uarietates:fortunæq̃ uicissitudinis : que etsi nobis optabiles in experiendo non fuerunt in legendo tamen erunt iucundæ.Habet enim preteriti doloris secura recordatio delectationem:cæteris uero nulla perfunctis propria molestia casus alienos sine ullo dolore intuentibus etiam ipsa misericordia est iucunda.

a nobis gestas:cũ cæteris rebus:an ut multi græci fecerũt: ut pote Calisthenes sup. fecit seorsum bellũ troicũ. Timæꝰ sup.bellũ Pyrrhi epirotarũ regis cũ Tarẽtinis ꝓtra Romanos bellũ gerẽtis. Polybius numãtinũ sup. bellũ:q̃ oẽs sepauerũt ea q̃ dixi bella:a ppetuis.i.cõtinuatis historiis suis:hoc ẽ ea bella seorsũ scripserũt:& in Rapsodia alioꝝ non posuerũt:ut nostris tpibus Ant.Sabellicꝰ põter Rapsodiã ab ordĩe mũdi scripsit seorsũ res uenetoꝝ:tu quoq̃.i.ẽt tu.itẽ.i.siliter seiungeres.i.segregares:cõiurationẽ ciuilẽ.s. Catilinæ & socioꝝ:ab hostibꝰ & a bellis externis:eqdẽ.i.ego qdẽ:uideo itereſſe.i.referre nõ multũ/ad laudẽ nostrã.i. quãtũ sit ad laudẽ nostrã:sed qddã.i.q̃dã certa res:interest ad ꝓperationẽ meã/non expectare donec.s. scribẽdo cætera:uẽias ad locũ ubi ciuilia bella essent scribenda:& arripe statim/cãm illã totã.s.suscepti ac opꝑsti belli ciuilis:& tps.i. qbꝰ ꝓsulibꝰ oppssum sit.Et sil.i. ꝑter ꝓperationẽ meã:cui sic facilius satisfiat:ego cerno iam aõ:Cernere ẽm ꝓprie ad exteriora pertinet:unde adiecit aõ: quãto oõa futura sint ulteriora atq̃ ornatiora:si mens tua uersabitur tota in uno argumẽto.i.in una materia: & in una psona:significat psonã suã:q̃si uero collega nihil egerit Neq̃ tamẽ ignoro q̃ i.q̃tũ ipudenter faciã:q primũ imponã tibi tãtũ oneris:occupatio enim tua põt mihi denegare.s.qd peto:deinde q postulẽ etiam ut ornes me.i.honorifice de me scribas. Quid sup.dicẽdũ sit:si illa.s.q̃ peto:nõ uideant tibi ornãda.i.laudibus decorãda:tantope.s.ut ego postulẽ.q.d.obmutescendũ sit:sed tamẽ oportet eũ q transierit semel fines uerecundiæ.i.qui semel in uerecũde egerit aut petierit:esse impudentẽ bene.i.multũ : & nauiter i.strẽnue:alioqui rubore suffunderetur.Itaq̃.q.d.qa semel uerecũdiæ fines trãsiui: ego rogo te plane.i.manifeste:etiam atq̃ etiã: ut &.i.simul ornes ea.s.q̃ a me gesta sunt:uehementius q̃ sentis fortasse.s.ornãda esse:&negligas in eo leges historiæ:quarum pria est: oõa uere & nihil ad gratiam alicuius dicere: & ne aspernere.i.ne contemnans:gratiam illam:de qua scripsisti suauissime in quodam procemio : scilicet q̃ multos subuertat & a uero deflectat:a qua demonstras te : non potuisse affici idest mouerí a uero magis quã Herculem illum scilicet nobilissimum:Xenophõtium idest de quo scribit Xenophon: Quomodo scilicet ut narratur ĩ primo officioꝝ.Hercules ĩ desertũ abductꝰ:uidit duas uias:alterã uoluptatis:q̃ amœnissia erat: seduoluptatẽ mortẽ habebat ĩ exitu:alterã uirtutis q̃ aspauerba, et ardua ĩ ꝓncipio ĩmortalitatẽ ꝓmittebat in exitu:grauibꝰ uerbis uoluptatẽ ĩcrepitãs uir

Cerno

Herculis ad

tutẽ ẽ cõplexus:potuisse.s.affici a uoluptate.q nullomõ affici potuit:si ea.s.gr̃a:cõmẽdabit me uehemẽtius.s.q̃ deceat:& largiare.i.indulgeas amori nr̃o plusculũ.i.aliq̃to plus:ẽt q̃ ueritas cõcedit. Quod si adducemus te.i. ꝑsuadebim⁹ tibi:ut suscipias hoc.s.bellũ catilinariũ ꝑscribẽdũ:erit ut ꝑsuadeo mihi materies digna faculta/te.i.facili ꝑtãte & copia.i.abũdãtia tua.s.in scribẽdo.Eñ.i.qa:quoddã corpus modicũ.i. quoddã uolumẽ aut q/dã tractat⁹ p se:uĩ mini posse cõfici:cõpleri a prĩcipio cõiuratiõis usq; ad redditũ nostrũ.s.ab exilio : in quo.s. corpore poteris uti/&.i.etiam illa sñia ciuilium coniurationum.i.que lata est in coniurationes ciuiles:sunt q legant scientia.i.cognitione:uel in explicandis causis rerum nouarum.i.cur res innouatæ sint a coniuratis.s. ob æs alienum:uel in remediis incõmodorum que.s.secuta fuissent:repete:explicandis:cum &.i.simul repre/hendas ea q̃ duces.i.existimabis uituperanda:& sup. dum comprobabis explicandis rationibus.i.explicando rationes:sup.eorum:que placebunt.Et si putabis agendum liberius ut consueuisti sup.agere in descriptione rerum:tu notabis perfidiam/insidias/proditionem multorũ in nos .Casus ẽt nostri.i.uaria euenta:aut erũnæ: suppeditabunt.i.subministrabunt tibi in scribendo uarietatem plenã cuiusdam uoluptatis:q̃.s.uoluptas pos/sit retinere uehemẽter aĩos hoĩm in legẽdo scripto.i.eo qđ scriptum est. Nihil eñ est aptius ad delectationẽ lectoris:q̃ uarietates tꝑorũ:& uicissitudines fortunæ.q̃.s.uicissitudĩes/etsi.i. q̃q̃ nõ fuerũt optabiles nobis ex periendo.i dum eas experiremur:erunt tamen iucũdæ in legendo.i.dũ a nobis legenť.Enĩ.i.qa recordatio se/cura.i.sine timore & cura/doloris ꝑteriti/habet delectationẽ:uero ꝓ sed:ẽt ipsa misericordia est iucunda cæ/teris nulla.i.nõ ulla/nõ ꝑfunctis ulla propria molestia:intuẽtibus.i.dũ uident casus alienos sine ullo dolore.

Quẽ eñ&c.Probat iucũdã esse lectionẽ alienæ cladis q misericordia ꝓseq̃mur exemplo Epaminũdæ thebãi ĩpatoris fortissimi &philosophi acutissimi q ꝯ lacedæmonios uiriliter pugnãs letale uuln⁹ accipit relatusq; ĩ castra q̃siuit nũ scutũ ademisset hostis:qđ ut saluũ audiuit osculat⁹ ẽ ipm tanq̃ sociũ laboris deĩde sciscitãdo audiẽs suos uicisse lubẽs expirauit.Ordo ẽ.Eñ.i.qa Epaminũdas ille.s. nobilissimus ĩperator thebanorum moriẽs apud Mãtiniã aut ut strabo scribit: Mãtineã: Est aũt locus ubi ꝑliũ cũ lacedæmoniis cõmisit:quẽ nostrũ nõ delectat cũ q̃dã miseratiõe q.d.nullũ nõ:& ita unũquẽq; delectat ? Qui iubet.s.ut narratť in historiis q̃ rẽ q̃si ꝑsentẽ oculis legẽtiũ exhibẽt:unde presenti utitur tꝑe:tũ deniq;.i.tũc primũ:spiculũ.i. telũ acutũ:auelli.s.e corpore suo:postea q̃ dictũ ẽ ei percõtanti.i.disq̃renti nũ clypeus ablat⁹ sit: clypeũ eẽ saluũ ita sup.auelli spiculũ:ut etiã morereť in dolore uulneris æquo aĩo cũ laude.Cuius studiũ nõ teneť erectũ.i. uigilãs & attentũ in legendo.i.dũ legit historiã Themistoclis ducis athenieñ.fortissimi cui⁹ adulescẽntiæ prima gloria & futuræ imperatoriæ uirtutis prĩa indoles apparuit eo ꝑlio q̃ duce Melciade Persæ sub Dario rege uicti fusiq; sunt.Deinde dux belli aduersus Xerxem fact⁹:nõ solũ patriã sed uniuersam græciã a barbaroꝝ seruitute liberauit:ut scribit Iustin⁹ lib.ii.Is postea p inuidiã suis ciuibus in exiliũ actus: deĩde cũ magna oĩm lætitia reuocatus est.Cuius ĩquã studiũ nõ tenetur erectum in legendo fuga.i. per fugã: & reditu.i.p reditũ honorificũ thẽistoclis.q.d.nullius nõ retineť & ita uniuscuiusq; retieť:& ẽ aptũ exẽplũ ꝓ fuga redituq; Ciceronis. Etiã ordo ipse.s.series/annaliũ.i. libroꝝ qb⁹ singulorũ annos magistratus & gesta p seriem scribunť.Hoc enĩ exigit ordo historiæ ut ꝑ/mũ gesta prĩa scribanť ; Poeseos sæpe ꝯ unũ

Epaminundas.

Themistocles.

Quẽ eñ nostrũ ille moriẽs apud Mãtinã Epaminundas nõ cũ quadã miseratione delectat:q tũ deniq; sibi auelli iubet spiculũ/posteaq̃ ei pcõtanti dictũ est/clypeum esse saluũ:ut ẽt in uulneris dolore æquo anĩo cũ laude moreretť.Cuius studiũ in legẽdo nõ erectũ Themistoclis fuga redituq; retineť.Etiã ordo ipse ãnaliũ mediocriter nos retinet quasi enumeratione fastorũ. At uiri sæpe excellentis ancipites uariiq; casus habent admirationem/lætitiam/molestiam/spem/timorem. Si uero exitu notabili concluduntur:expletur animus iucundissimæ lectionis uoluptate.Quod mihi acciderit optatius:si in hac sententia fueris:ut a continentibus tuis scriptis in quibus perpetuam rerum gestarum historiam complecteris secernas hanc quasi fabulam rerum euentorumq; nostrum.Habet eñ uarios actus: multasq; actiões & consiliorum & temporum . Ac nõ uereor ne assentatiuncula quadam aucupari tuã gratiã uidear:cũ hoc demonstrem me a te potissimũ ornari:celebrariq; uelle.Neq; eñ tu is es:q sis nescius/& q eos magis qui te non admirentur inuidos:q̃ eos:q laudent:assentatores arbitrere.Neq; aũt ego sum ita demens:ut me sempiternæ gloriæ per eũ cõmendari uelim:qui non ipse quoq; in me commendãdo propriã ingenii gloriam consequatur . Neq; enim Alexander ille gratiæ causa ab Appelle potissimũ pingi: & a Lysippo fingi uolebat:sed q illorum artem cũ ipsis tum etiam sibi gloriæ fore putabat.Atq; illi artificis corporis simulachra ignotis nota faciebãt : que si uel nulla

sint nihilo

sint nihilo sint tñ obscuriores clari uiri. Nec min⁹ enĩ est Spartiates Agesilaus ille phibẽdus:q neq; pictam: neq; fictã imaginẽ suã passus est esse : q̃ q in eo genere laborarũt.Vnus eñ Xenophontis libellus in rege laudãdo facile oẽis imagines hoĩes:statuasq; supauit.Atq; hoc ꝑstãtius mihi fuerit:& ad lætitiam animi: & ad memoriæ dignitatẽ:si in tua scripta puenero:q̃ si i cæteroꝝ:q nõ ĩgeniũ mihi solũ suppeditatũ fuerit tuũ:sicut Timoleontia Timæo:aut ab Herodoro Themistocli:sed etiam authoritas clarissimi & spectatissimi : & in repu.maximis/grauissimisq; causis cogniti : atq; in primis probati uiri : ut mihi non solum preconium: quod cum in Sigæum uenisset Alexander ab Homero Achilli tributum esse dixit : sed etiam graue testimonium impartitum clare hominis : magniq; uideatur. Placet enim Hector ille mihi Neuianus: qui non tantum laudari se lætatur: sed addit etiã a laudato uiro.

Flaccus Ordinis hæc uirtus est & uenus: aut ego fallor:Vt iam nũc dicat iã nũc debentia dici:Plæraq; differat &ꝑsens in tꝑs omittat: i.ut aliqua quo ordĩe gẽsta sunt dicat poeta: aliqua lõge postea.i. inuento loco breuiter narrandi:retinet nos in legẽdo mediocriter q̃si enumeratiõe fastorũ.i.libroꝝ in qbus totius anni p ordinẽ festa cũ causis eorũ scribunť.Talia eñ ꝓ cuiusq; affectiõe & ut dicunt deuotiõe libẽter leguntť.At casus ancipites.i.dubii:&uarii/uiri excellẽtis hñt sæpe admirationẽ:lætitiã molestiã:qa affecti illis dolemus aduersis legẽdis.spem.timorẽ.Vero.i.sed:si sup.tales casus concluduntť exitu notabili.i.insigni:ut de suo exitu ꝑtẽdit Cicero:sed finalẽ exitũ nõ uidebat hæc scribẽs animus explet⁹ uoluptate lectionis iucũdissimæ.Quod acciderit mihi.i. ĩ historia mea optatius:si:fueris ĩ hac sñia: si decernas.i. separes a scriptis tuis cõtinẽtibus.i. cõtinuatis & ꝑpetuo filo currentib⁹.in qbus cõplecteris ꝑpetuã.i. nõ interruptã historiã rerũ gestarũ:hanc q̃si fabulã.i.ut fabulosam narrationẽ/q̃ a poetis solet interseri ad uoluptatẽ legentium:rerũ &euentorũ.i.eorũ que eue/

idem ap: i. folio 207 col. i.

[redacted]

nerũt nobis.Vt Valla notat in singulari dr̃ hic euẽtus.tus.tui.in plurali hæ euenta torũ : sed ẽt euentus legi/ Euenta.
mur:& euẽta sunt sæpe q̃ euenerũt:euẽtus ẽ modus eueniẽdi. Eñ.i.qa:sup.hæc historia nr̃a:habet uarios act⁹. sicut in comediis qnq; solẽt eẽ actus/q tũc finiunť dũ ꝓscœniũ derelinquiť uacuũ : & multas actiões.s.in foro habitas:cõsilioꝝ &tẽporũ.i.ꝓ uarietare tẽporũ:& qa uarios actus habet:bñ q̃si fabulã dixit Ac nõ uereor ne uidear aucupari.i.captare/quo aucupes captãt & inescãt aues suaui aliquo bolo ꝓposito:q̃dã assentatiũcula.i.leui assentatiõe:gratiã tuã:cũ demõstrẽ hoc:uidelicet me uelle ornari & celebrari potissimũ a te. Neq; tu es is.i. talis:q i.ut/sis nescius:&q nõ arbitrere magis inuidos eos q nõ admirenť te:q̃ assentatores eos q laudẽt te.Ne Neq; aũt.
q; aũt::Valla diceret neq; uero:ego sum ita demẽs/ut uelim me cõmẽdari sẽpiternæ gloriæ p eũ q nõ cõsequatur quoq;.i.ẽt:ꝓpriã gloriã ingenii in me cõmẽdãdo.i.laudãdo:aut cõmẽdãdo gloriæ sempiternæ.Neq; enim Alexander
Alexãder ille.s.nobilissim⁹ Macedonũ rex:uolebat pingi.s.colorib⁹ in tabella aut peplo seu muro:potissimũ ĩ ꝑcipue ĩmo scđm quosdã solũ:ab Apelle nobilissimo & artificiosissimo pictore:cã gratiæ.i.beneuolẽtiæ qua Appelles
ꝓseq̃bať Appellẽ:& fingi.i.sculpi aut fundi seu cõflari & ad uiuũ in imagine exprimi a Lysippo optĩo plaste Lysippus.
& statuario:repete cã gratiæ:sed q putabat artẽ illorũ fore gloriæ.i.ad gloriã:cũ.s.ita fuerit q ipsis:tũ ẽt sibi. unde Flaccus in epl̃is.Edictũ fecit ne qs se ꝑter Apellẽ Pingeret/aut ali⁹ Lysippo duceret ære.Atq; illi artifi/ Ignotus
ces faciebãt simulacra.i.effigies corporis nota ignotis.i.externis &ignorãtibus:q̃.s.simulacra si uel.i.ẽt nulla sint/tñ clari uiri nihilo.i.in nullo sint obscuriores.Nec eñ Agesilaus ille.i.notissim⁹:spartiates.i.Lacedæmo Agesilaus.
niorũ rex Sparte genitus:nã Lacedæmon & Sparta seu sparte una est ciuitas:phibẽdus.i.cõmemorãdus ẽ minus q neq; passus est imaginẽ suã eẽ pictã neq; fictã:q̃ sup.ii q laborarũt multũ in eo genere.i. q se fingi & pingi auxie curauerũt.Eñ.i.qa unus libellus Xenophontis supauit in eo rege laudãdo facile oẽs imagines & statuas hoĩm qđ poematis tribuit Horati⁹ dicẽs.Neq; eñ p ahenea signa.Quod p uatis opus mores animiq; uirorũ claroꝝ apparẽt.Atq; hoc fuerit mihi ꝑstãtius.i.efficacius/& ad lætitiã animi:& ad dignitatẽ memoriæ/si puenero in tua scripta.i.si a te script⁹ fuero:q̃ si sup.puenero:in cæterorũ sup.scripta:q nõ solũ ingeniũ tuũ Timoleon.
fuerit suppeditatũ.i.admĩstratũ & ĩpẽsum mihi:sicut ĩgẽiũ suppeditatũ ẽ Timoleõti a Timeo:q Timoleõtem Corĩthiũ uirũ lõge clarissimũ ut q patriã tyrãnide & Siciliã seruitute liberauerit:descripsit:Aut Themistocli ab Herodoto:q Themistoclẽ descripsit:uult dicere q nõ solũ historia sua clarior & nobilior erit q a tali ĩgẽio ꝑscripta sit:ut historiæ Thẽistoclis &Timoleõtis clariores sũt pp ĩgẽia describẽtiũ:sed ẽt authoritas uiri clarissimi & spectatissimi & cogniti ĩ rep.causis maximis & grauissimis/atq; in primis ꝓbati sup.erit mihi suppeditata:ut nõ solũ ꝑconiũ i.buccinatio:qđ.i.q̃le Alexãder.s.magn⁹ cũ uẽisset in Sigæũ.i.Sigæi maris ꝓmontoriũ Alexan. ad
ubi erat sepulchrũ Achillis:dixit eẽ tributũ Achilli ab Homero:dixit eñ o fælix Achilles cui magni Homeri sepulchruz
diuĩo ĩgẽio & ore cani ꝯtigit:sed ẽt graue testimõiũ clari &magni hoĩs:uideať ĩptitũ.i.ĩpẽsũ mihi.qđ pulchrũ Achillis.
eẽ docet dicẽs.Placet eñ mihi Hector ille Næuian⁹.i.q a Neuio ĩ fabula ĩduciť:q nõ tñ lætať se laudari:sed addit ẽt a laudato uiro:Valla tñ in epl̃a nũcupatoria elegãtiarũ dicit ut ille apud Acciũ inq̃t.Gaudeo abs te lau/ Hector
dari pr̃ laudato uiro.uñ oportet aut idẽ ab Accio dictũ eẽ:aut memoriã Vallæ lapsam:cũ Acciũ ꝓ Næuio citet Næuianus.

Quod si a te hoc ĩpetro: nõ est si qua te res impedierit: Neq; eñ fas esse arbitror qcq̃ me rogãtẽ abs te nõ ĩpetrare: cogar fortasse facere qđ nõnulli sæpe rep̃hẽdũt: scribã ipse de me multorũ tñ exẽplo: & clarorũ uirorꝝ. Sed qđ te nõ fugit: hæc sunt in genere uitia: & uerecũdius ipsi de se scribãt: necesse est: si qd est laudãdũ & p̃tereãt: si qd rep̃hẽdẽdũ est. Accidit ẽt: ut mĩor sit fides minor authoritas: multi deniq; rep̃hẽdãt: & dicãt uerecũdiores esse p̃cones ludorũ gymnicorũ q cũ cæteris coronas ĩposuerũt uictoribus eorũq; noĩa magna uoce ꝓnũciauerũt cũ ipsi añ ludorũ missionẽ corona donent aliũ p̃conẽ adhibebãt ne sua uoce ipsi se uictores esse predicent. Hæc nos uitare cupimus: & si recipis causam nostram: uitabimus: idq; ut facias rogamus Ac ne forte mirere: cur eum mihi sæpe ostenderis te accuratissime nostrorum temporum cõsilia: atq; euentus literis mandaturum: a te id nunc tãtopere: & tam multis uerbis petamus. Illa nos cupiditas incẽdit: de qua initio scripsi: festinationis: q alacres animo sumus: ut & cæteri uiuentibus nobis ex libris tuis nos cognoscãt: & nosmetipsi uiui gloria nostra perfruamur. His de rebus quid acturus sis: si tibi non est molestum rescribas mihi uelim. Si enim suscipis causam: conficiam commentarios rerum omnium: sin autem differs me: in tempus aliud: coram tecum loquar: tu interea non cessabis: & ea quæ habes instituta perpolies nosq; diliges. Vale.

Quod. s. abs te laudari: si nõ impetro: hoc ẽ si q̃. i. aliq̃ res ĩpedierit te. Neq; eñ arbitror fas esse me rogãtẽ nõ ĩpetrare qcq̃ abs. i. a te cogar fortasse facere ist qđ nõnulli rep̃hendũt sæpe: hoc ẽ ipse scribã de me: tamẽ sup. id faciã exẽplo multorꝝ & clarorũ uirorum. Sed: qđ te nõ fugit. i. qđ bene scis: hæc uitia sunt ĩ eo genere. s. se scribẽtiũ: q. s. necesse ẽ sup. ut ipsi scribãt uerecũdius de se, si qd est laudãdũ: & p̃tereãt siqdẽ reprehẽdẽdũ. Accidit ẽt ut minor sit fides: & sup. minor authoritas: & sup. deniq; ut multi rep̃hẽdãt & dicãt p̃cones. i. cõmẽdatores & tubicines publicos ludorꝝ gymnicorꝝ. i. palæstritarũ q nudi sese exercẽt: eẽ uerecũdiores. s. q̃ rerũ suarũ descriptores: q. s. p̃cones gymnici cum. i. postq̃ ĩposuerũt: cæteris uictoribꝰ coronas. & ꝓnũciauerũt noĩa eorꝝ magna uoce: cũ ipsi. s. p̃cones donent. s. si bene functi: fuerit offõ: corona ãte missionẽ. i. dimissionẽ & ꝯsũmationẽ ludorũ: adhibeãt aliũ p̃conem ne ipsi p̃dicẽt sua uoce: se eẽ uictores. s. si offõ p̃conũ. Nos cupimꝰ uitare hæc. s. uitia seipsos describendũ: & uitabimꝰ si recipis cãm nostrã. i. aggrederis onꝰ describẽdi res nr̃as: et rogamꝰ ut facias id. Ac ne mirere forte, cur petamus a te id nũc tãtope et tã multis uerbis: cũ ostẽderis mihi sæpe te mãdaturũ lr̃is. i. descriptusꝝ

Euentus. accuratissĩe ꝯsilia tp̃orꝝ nr̃orꝝ: atq; euẽtus. i. exitꝰ fortuitos: unde patet apud Ciceronem q̃q; euẽtꝰ dici: Respõsio. Illa cupiditas ĩcendit nos: de q̃ scripsi initio. s. ep̃le: uidelicet festinatõis q sumꝰ alacres. i. arrecti et læti aĩo et ut et. i. sil': cæteri cognoscant nos ex libris tuis: nobis uiuentibꝰ. i. dũ adhuc uiuemꝰ: et nosmetipsi uiui. i. adhuc uiuẽtes: p̃fruamur gl'ia nr̃a. i. fructũ ultimũ et uoluptatẽ capiamus ex gl'ia nr̃a. Velim sup. ut rescribas mihi: qd acturus sis is de his rebꝰ: si nõ ẽ molestum tibi. s. rescribere. Si eñ suscipis cãm. i. negociũ hoc p̃scribendũ: ego ꝯficiã cõmentarios. i. breuiaria et sũmaria, oĩum rerꝝ. s. a me gestarꝝ. Sinautem. i. sed si: differs me. i. uoluntatẽ meã aut res meas ĩ aliud tp̃s: ego loquar tecũ corã. i. facie ad faciem qđ nunc se dixit erubuisse. tu nõ cessabis. i. non eris ocio us ĩterea: et perpolies. i. ad summam politionem perduces: ea que habes instituta. i. incepta: et diliges nos. Vale.

Quãq̃ &c. Bell' ciuilibꝰ et Cæsaris tyrãnide rep. afflicta cũ Cicero mœstissimus se ĩ agrũ ne talia uideret abstulisset: scripsit ad eũ Luceiꝰ cõsolatorias lr̃as: qbus nũc Cicero respõdẽs ait se magnũ fructũ ex illis cepisse: et uelle acqescere: et se ad lr̃arũ studia trãsferre sicut Luceiꝰ mõuerat. Ordo ẽ. Quãq̃ ip̃a cõsolatio lr̃arꝝ tuarꝝ est gratissĩa mihi, declarat eñ sũmã beneuolẽtiã ꝯiũctã pari prudẽtia: ubi gr̃a p̃põnis abltũs regit: tñ ego cepi ex lr̃is tuis illũ fructũ uel. i. ẽt maximũ, q cognouite cõtẽnẽtẽ p̃clare res humanas et paratũ atq; armatũ optĩe cõtra fortunã. Quã laudẽ sapientiæ qdem statuo maximã. s. nõ pẽdere. i. nõ eẽ suspẽsũ ad salutẽ

M. C. S. Dicit. L. Luceio. Qu. filio.

Quãq̃ ipsa consolatio literarum tuarum mihi gratissima est: declarat enim summã beneuolentiam coniunctam pari prudentia: tñ illũ fructũ ex tuis literis uel maximũ cepi: q te p̃clare res humanas cõtẽnentẽ: & optĩe cõtra fortunam paratum: armatumq; cognoui. Quam equidem laudem sapientiæ statuo esse maximam: non aliũde pendere: nec extrinsecus aut bene: aut male uiuendi suspensas habere rationes. Quæ cogitatio cũ mihi nõ oĩno excidisset etenim

dissset: etenim penitus insederat: ui tamen tempestatũ & concursu calamitatum erat aliquantum labefacta: ta atq; conuulsa: cui te opitulari: & uideo & id fecisse etiam proximis literis: multumq; profecisse sentio.

habẽdã aliũde. s. q̃ a se: nec nr̃e rõnes uiuẽdi bene aũt male suspẽsas extrĩsecꝰ: unde illđ p̃sianũ, nec te q̃siueris extra. Que cogitatio cũ nõ excidisset mihi oĩno. i. cũ adhuc ĩ memoria aliquatenꝰ eẽt: etẽñ. i. qa certe: ista insederat. i. sedẽ occupauerat, penitus. i. penes ĩteriora. s. cordis tamẽ erat laberacta atq; cõnulsa aliquãtulũ ui. i. uiolẽtia tempestatũ. i. malorũ tp̃orũ & cõcursu. i. subita accumulatiõe calamitatum. Cui s. cogitationi ego uideo te opitulari & sentio te fecisse etiam proximis literis profecisse multum.

Itaq; q hoc sæpius dicendũ ubiq; nõ significãdũ solũ: sed ẽt declarãdũ arbitror: nihil mihi esse potuisse tuis literis gratius Ad cõsulãdũ aũt cũ illa ualẽt: q̃ eleganter copioseq; collegisti: tũ nihil plus: q̃ q firmitudinẽ: grauitatẽq; animi tui p̃spexi: q̃ non imitari turpissimũ existimo. itaq; ẽt hoc fortiorẽ me puto q̃ teipsum p̃ceptorẽ fortitudinis: q tu mihi uidere spem nõnullã hẽre hæc aliqñ futura meliora. Casus eñ gladiatorũ similitudinesq; hæ: tum rõnes in ea disputatõe a te collectæ uetabãt me reip. penitus diffidere. Itaq; alterũ minus mirũ fortiorẽ te eẽ: cũ aliqd speres alterũ magis mirũ spe ulla teneri. Quid est eñ nõ ita affectũ: ut id nõ deletũ: extinctũq; oẽ esse fateare? Circũspice oĩa membra reip. q̃ notissima sunt tibi: nullũ reperies profecto: qđ nõ factũ debilitatũq; sit. Quæ ꝑsequerer: si aut melius ea uiderẽ: q̃ tu uides: aut cõmemorare possem sine dolore q̃q̃ tuis monitis p̃cæptisq; oĩs est abiiciẽdus dolor Ergo & domestica feremus: ut censes: & publica paulo ẽt fortius fortasse q̃ tu ipse: q p̃cipis. Te eñ spes aliqua cõsolat: ut scribis nos erimus ẽt in oĩ desperatiõe fortes: ut tu tñ idẽ & hortaris & p̃cipis. Das enim mihi iucũdas recordatiões cõsciẽtiæ nostræ rerũq; earũ: quas te in primis authore gessimus. Prestitimus eñ patriæ nõ minus certe q̃ debuimus plus ꝑfecto q̃ est aĩo cuiusq̃ aut cõsilio hoĩs postulatũ. Ignosces mihi de meipso aliqd p̃dicanti. Quarũ eñ tu rerũ cogitatiõe nos leuare ægritudine uoluisti. earum etiam cõmemoratiõe lenimur Itaq; ut mones q̃tũ potero me ab omnibus molestiis: & angoribus abducam: trãsferãq; animũ ad ea quibus secundæ res ornantur: aduersæ adiuuantur: tecunq; & ero tantum: quãtum patiatur utriusq; ætas: & ualetudo: etsi esse una minus poterimus q̃ uolumus: animorum tamen coniunctionæ iisdem studiis ita fruemur: ut nunq̃ non una esse uideamur. Vale.

Itaq;. i. & ita ego arbitror: hoc. s. qđ sequit dicẽdũ sup. eẽ sæpiꝰ ubiq;: nõ solũ significãdũ. i. signis indicãdũ: sed ẽt declarãdũ. i. manifeste exprimẽdũ: nihil potuisse eẽ gratius mihi tuis lr̃is. Aũt. i. sed cũ. s. ita sit, q illa q̃ collegisti. i. citasti & adduxisti. seu allegasti elegãter & copiose: ualẽt ad cõsolãdũ. s. me & quẽlibet aliũ: tũ sup. ueriꝰ ẽ: q nihil plus sup. ualet: ad ꝯsolãdũ me: q̃ q p̃spexi firmitudinẽ & grauitatem animi tui. quã. s. firmitudinẽ animi tui: nõ imitari: ego existĩo sup. eẽ turpissimũ. Itaq;. i. & ita, ego puto me fortiorẽ q̃ teip̃m p̃ceptorẽ fortitudinis: hoc. i. in hoc: aut pp hoc, q tu uidere. i. uideris mihi hẽre nõnullã. i. aliquã spem: hæc futura. i. ut sint futura: aliqñ. i. aliquo tp̃e futuro: meliora. s. q̃ nunc sint. Eñ. i. qa casus gladiatorũ. i. qđ adduxisti mihi de casibꝰ gladiatorũ quorũ nũc hi nũc illi supiores fiunt: et hæ silitudines: tũ. i. multo magis rões collectæ i. allegatæ: a te in ea disputatione. s. de mutatione statuũ ẽt reip. uetabant me diffidere penitꝰ reip. i. restitutioni eius. Itaq; alterũ. s. duorũ q̃ dicet: ẽ sup. minus mirũ te fortiorẽ eẽ sup. tũc: cum aliquid speres. alterum sup. est magis mirũ: uidelicet te teneri ulla spe. dico te fortiorẽ tũc nõ fortiorẽ me: qa priꝰ ꝯriũ dixit Cicero uidelicet se fortiorẽ eẽ q̃ lu eiũ p̃ceptorẽ fortitudinis eo q ip̃e nihil: ille aliqd speret: q̃circa possit hic subaudiri me: ut sit: alterũ minꝰ mirũ ẽ uidelicet me fortiorẽ eẽ cũ. s. ita sit q tu aliqd sp̃as: ego nihil: et hanc expositionẽ credã eẽ de mẽte cicerõis ut ĩfra dicã. Rõ tñ supioris dicti subobscura ẽ. Nõ fortior ẽ q aliqd audet sine spe: sed potiꝰ temerariꝰ: sed ĩtelligemus ꝓpterea Ciceronẽ cẽser se fortiorẽ sine spe: nõ q aliqd tẽptet aut moliat: sed q decreuit infractũ aĩm tenere: et in philosophiã eo attẽtiꝰ ĩcũbere, q a foro sine spe reuertẽdi exclusus sibi uideat. Probbat mirũ eẽ Luceiũ aliqd adhuc spare dicẽs qd eñ est nõ ita affectũ. i. ꝯcussũ et sauciũ: ut nõ fateare id oẽ deletũ et extinctũ q. d. nihil. Circũspice omnia mẽbra reip. quæ notissima sũt tibi. i. oẽs fauẽtes reip. et libertati cõi ciuiũ: tu ꝑfecto nullũ. s. mẽbrũ ĩuenies qđ nõ sit fractũ et debilitatũ. Vr̃ nõ debito ordĩe id qđ alterꝝ ĩcludit p̃poner: nã dices si fractũ ergo debilitatũ: sed norimus fractũ

dici qđ est cōcussum & debilitatū ēt si non sit ruptum:ut æneī.secūdo.fracti anīo fatisq; repulsi ductores da/naū.fractū ergo.i.cōcussum & ꝑ.i.debilitatū.Quæ.s.mēbra:aut q̃ detrimēta reip.ego ꝓsequerer/si aut uide/rem ea melius q̃ tu uides ea:aut si possem cōmemorare ea sup.sine dolore:q̄q̄ oīs dolor ē obiiciēdus tuis pre ceptis & monitis.i.scđm ꝓcepta & monita tua.Ergo nos feremus.i.tolerabimus & patiemur &.i. simul dome stica.s.incōmoda/ut censes.i.iudicas ea ferenda:&.i:sil' feremus publica.s.incōmoda aut mala: fortasse ēt for tius q̃ tuipse q ꝓcipis.s.ea ferenda.Enim.i.qa/aliqua spes cōsolatur te:ut scribis:nos erimus fortes ēt in omni desperatione:tamen sic erimus fortes:ut tu hortatis & precipis:Hinc patet exponendū illud fortiorē te esse: sic.me esse fortiorem te.i.q̃ tu sis &c.Tu enim das mihi iucūdas recordationes conscientiæ nostræ& earū reꝝ quas gessimus te authore in primis.i.præcipuo.Nos em̄ ꝓstitimus patriæ.s.cōseruandæ in libertate:certe.i.in dubitate:nō minus q̃ debuimus:& sup.profecto plus q̃ est postulatū aīo aut consilio cuiusq̃ hoīs.Tu o Lucei/ignosces mihi ꝓdicāti aliqd de meipso.Em̄.i.qa nos lenimur.i.demulcemur & consolamur cōmemoratione.i. narratione & recitatione ēt earū rerum quarum rerū cogitatione tu uoluisti leuare.i. liberare aut deonerare nos ægritudine.s.animi hoc est ideo dabis ueniam predicanti de me aliqd:qa sicut mōuisti ut recordarer a me preclare gesta pro rēp.ad leuandā ægritudinē animi:sic eorū ꝓdicatio & cōmemoratio leuit dolorem aut ani mum meū.Itaq;:ut mones:abducā me q̄tū potero ab oīb⁹ molestiis & angoribus:&transferā.i.traducā aīm.s. meū/ad ea qbus secundæ.i.ꝓsperæ res ornant':& aduersæ sup.res:adiuuant':non ut maiores fiant: sed ut tole rētur aut minuant':hoc est ad philosophiā moralē:& ero tecū quātū ætas utriusq;.s.nostrū & ualetudo patiet' qa& senes & ualetudinarii ambo esse cœperant.Dicit' autē ualetudo qa secūda ꝓducitur q̄si a ualēdo:nā a uali dus fieret ualiditudo:&.i.q̄q̄ poterimus minus esse una.i.simul: q̃ uolumus tū tuemur iisdē studiis cōiūctione aīorū ita/ut nunq̃.nō.i.semp uideamur esse una.

Vale.

Valetudo

SI uales &c.Hac ep̄la dicit Lucei⁹ se approbare cōsiliū Ciceronis si eo se anīo in rus abduxerit ut legēdo & scribēdo alios in re literaria iuuet:sin ut se lachrymis de/dat dānare ꝙ ita lugeat casum reip. q̄si non ꝓuiderit futurū.Præterea docet īutile eē/cū res īmutari nequeāt.Ordo est.Si uales bene est.Ego ualeo sicut soleo:& ēt paulo.i.modico:deterius.i.minus bene q̃ soleo.Ego reqsiui sæpius ut uiderē te.Ego miratus sum qđ itē.i.siliter miror nūc:te nō fuisse Romæ posteaq̃ discesseras a me.Nō habeo certū.i.exploratū aut ꝓspectū:q̃ res.i. q̃ occasio retra/hat te maxīe.i.ꝓcipue hic.i. ab urbe.Si delectare.i.delectaris solitudīe:cū scribas&agas aliquid eorū q̃ consueuisti.s.agere: plurimi tñ textus hñt quorū ꝯsueuisti sup. aliqd agere:sed Huber.legit q̃:gaudeo: neq; reꝑhēdo cōsiliū tuū:nā nihil pōt esse iucūdius isto.s. genere uitæ cū lr̄is:&musis:nō mō his tpib⁹ miseris & luctuosis:sed etiā tranqllis &optatis:ꝓserti uel aīo tuo deluger' & ī mœrore eē fatigato: q q̄rit nūc magnis occupatōib⁹ reqē uel erudito/q sp ꝓmat aliqd ex se: qđ dele/ctet alios:& sup.illustret te ipsum laudibus. Sinaūt.i.sed si: tradidisti te & lachrymis & tristitiæ:sicut dū eras hic.i. Romæ:doleo qa tu doles & angere.i.angeris hoc est afficeris angore animi.Si tu cōcedis.i.ꝑmittis ut dicā liberius qđ sentimus.s. ego & reliqui amici tui:alioqui numerum mutaret: Sed dicunt grāmatici licitum esse in prima persona de uno modo singulari modo plurali: mō utroq; numero loqui:uerūtamen aptior est ser/mo dū nūerus obseruat' idē: quocirca multi legunt dicamus:sed pōt:ut dixi:de se dicere dicā:& de se ac aliis sentim⁹: ꝓsertim cū scribat' ēt ab illis q dicamus legūt possū nō pos/

L.Luceius.Qu.filius.S.D.M.T.Cicerōi.M.filio.

SI uales bñ est:ego ualeo sicut soleo : paulo ēt deterius:q̃ soleo.Te reqsiui sæpius ut uiderē.Ro/mæ:qa postea nō fuisti:q̃ a me discesseras:miratus sū: qđ itē nūc miror.Nō habeo certū/q̃ te res hinc maxīe retrahat.Si solitudine delectare cū scribas: & aliquid agas eorū/quorū cōsueuisti/gaudeo. neq; reprehēdo tuū cōsiliū:nā nihil isto pōt esse iucūdius:nō mō miseris his tpibus & luctuosis:sed ēt trāqllis & optatis preserti uel aīo defatigato tuo. q nūc reqem q̄rit magnis occupatiōibus:uel erudito : q semp aliqd ex se ꝓmat: qđ alios delectet:te ipm laudib⁹ illustret:sinaūt sicut hic dum eras & lachrymis:ac tristitiæ te tradidisti: doleo:qa doles & angere:nō possū te:si cōcedis qđ sentimus ut liberius dicam:nō accusare.Quid em̄ tu solus apta nō uidebas/q pp acumē occultissima ꝓspicis:Tu nō intelliges te q̄relis quotidianis nihil ꝓficere.Non ītelliges duplicari sollitudīes quas eleuare tua te pru/dētia postulat:Quod si nō possumus aliqd ꝓficere suadēdo:gratia cōtēdimus & rogādo:siqd nostra cā uis: ut istis te molestiis laxes: & ad cōuictū nostrū redeas: & ad cōsuetudinē: uel nostrā cōem/uel tuā solius/ac propriam.Cupio nō obtūdere te.Si nō delectare nostro studio/cupio deterrere ne ꝑmaneas in incœpto. cum duæ res istæ contrariæ me conturbent: ex quibus aut in altera mihi uelim:si potes obtēperes: aut in al/tera non offendaris.

Vale.

sumus:non

sumus:nō possum nō accusare te.i.qn accusem te.Quid em̄/principiū accusandi sumptū a particula indignatiua:tu solus nō uidebas apta.i.manifestaria & euidēter futura:q ꝓspicis occultissima.i. abditissima pp acumē s.oculoꝝ tuoꝝ mentaliū:nō em̄ de exteriore loquit' ꝓspectiōe.Et sup.tu tā prudēs hō:nō ītelliges .i. ꝑmittet' ꝙ nō ītelliges te nihil.i.in nullo ꝓficere cōmodū facere aut remediū mali īuenire:q̄relis quotidianis:q.d.id nō esse uero simile.Tu nō intelliges sollicitudines duplicari.i.geminari:q̄s tua prudētia postulat te eleuare.i.imminere:tracta metaphora a bilance in qua res minoris pōderis eleuat':unde qa minoris quoq; æstimat' : solet eleuare pro diminuere de laude ac ꝓcio alicuius usurpari.qđ si nos nō possumus ꝓficere suadēdo.s.tibi:ut a lugendo desistas:nos contēdimus.i.instamus grā.s.qua apud te ualemus:& rogādo:si uis sup.facere:qd.i. aliqd causa nr̄a ut laxes te istis molestiis:& redeas ad cōuictū nr̄m.i.ad cōmunionē uitæ seu ad conuersationē nr̄am & ad consuetudinē.i.consuetā rōnem uiuēdi:uel nr̄am cōem.i.qua simul uti solemus:uel sup.ad cōsuetudinē tuā solius.i.unius ac ꝓpriā.i.peculiarē tibi.Notū est qa in significatione actiua & possessiua genitiui mei.tui. sui.nr̄i.& uestri:q tm̄ passiue significant cōstrui nō possunt:pro illis possessiua ꝓnoīa poni:cū qbus uel ꝯtinue uel cōiunctionis interuētu cætera q̃ recte in gtō regi possunt cōstruūtur:ut mea unius opa tua solius cura &c. Ego cupio nō obtūdere.i.non hebetare te.i.auditum tuū mentalē.i.te non onerare multis uerbis.Si tu nō de/lectare.i.delectaris studio nostro.i.quo nos delectamur:ego cupio deterrere te/ne permaneas in incœpto.i. proposito lugendi procul ab urbe:Cum iste due res cōtrariæ.s.nolle obtundere & uelle eū deterrere ab īcœpto:conturbent me:ex quibus.s.duabus rebus:ego uelim sup.ut aut obtēperes mihi si potes in altera.i. non manendo in proposito:aut non offendaris in altera.s.dum a nobis obtunderis.

M.Cicero.L.Luceio.S.

Ratæ &c.In tumultu belloꝝ ciuiliũ cũ exercitus eſſet in aphrica; rebus ĩptãtẽ Cæſaris Romæ redactis Lucius Meſſinus mœrore oꝑſſæ libertatis ſeceſſerat rus ut iterea moleſtiis urbanis leuaret̃;ſcripſerat aũt ſe Ciceronẽ uidere uelle:ad qd̃ Cicero amice reſcribit dicẽs. Lr̃æ tuæ fuerũt mihi gratæ:ex qbus ĩtellexi/qd̃ etiam arbitrabar ſine lr̃is te affectũ eẽ ſũma cupiditate uidẽdi mei:qd̃ ego accipio libẽter:ita tũ ut nõ cõcedã tibi.i.nõ uincar a te in ꝓſili cupiditate:utpote tui uidẽdi.Nã ita cõtingant mihi oĩa cõia q̃ opto.i.q̃ ad remp.ſpectãt;qbus nihil gratius Ciceroni eẽt:uel oĩa q̃ opto:euenant mihi ita cõia.i.mediocria:niſi cõmoda legẽdũ putemus:aut priorẽ rõnẽ ample ctendã:ut uelim uehemẽter/eẽ tecũ. Vt em̃ i.nã uidet̃ em̃ una ꝑticula nã ut aliter uacare uideret̃:cũ.i.q̃uis eẽt maior copia & uirorũ & ciuiũ bonoꝝ:& hoĩum iucũdoꝝ:& amantiũ mei.i.q me amabãt:tũ nemo erat:qcũ.i.cũ quo ego eẽm libẽtius q̃ tecũ:& pauci ſup.erãt:qbuſcũ.i.cũ qbus eſſem æque libẽter ſup.ac tecũ.uero.i.ſed:hoc tpe:cũ alii ſ.ex amicis ĩterierint:alii abſint mutati uoluntate:qa fortunam ſecuti:mediuſſidius.i. ita me hercules Iouis filius iudicet aut mediante fide mea:ego poſuerim libẽtiũs:id/eſt cũ uoluptate maiore tecũ unum diem q̃ hoc omne tẽpus cum plæriſq; eorũ quibuſcum.i.cum quibus uiuo næceſſario:quia tẽpori inſeruiendum erat:aut qa alios nõ habebat.Ego em̃ nolim te exiſtimare ſolitudinem nõ eſſe iucũdiorẽ mihi: qua tamẽ ipſa non licet uti: q̃ ſermones eorũ qui frequentant domũ meam:excepto uno aut ad ſummũ altero.i.ſecundo.Itaq;.i.& ita/quia nõ lubet uerſari cum iis hominibus qui Romæ ſunt:ego utor eodẽ profugio.i.lenimine curarũ ad quod ꝓfugio:quo cẽſeo.i.iudico utẽdum tibi:uidelicet literulis noſtris.i.ſtudiis philoſophiæ potiſſimũ;que literulas uocat/aut modeſtiæ gratia: aut ꝙ illis tẽporibus modica eſſe permittebãtur:aut ꝙ plus literarũ cenſeat in cauſis forẽſibus expediendum ſi liceat.Præterea.i.præter literulas noſtras utor etiã.ſ.ad ſedandã animi moleſtiã:conſcientia conſiliorũ meorum.i.eo ꝙ mihi conſcius ſum/nihil cuiq̃ conſuluiſſe unde reſpu.iacturam fecerit.Et econuerſo multa multis quæ ſi ſeq uoluiſſent reſpu.adhuc ſtaret.Ego em̃ ſum is/quẽadmodum tu potes exiſtimare .i. iudicare facillime:qui nihil fecerim unq̃ potius cauſa mea.i.proprii cõmodi gratia:q̃ cauſa ciuium meorum: qd̃. dicit qa conſul & Imperator iam tum fuerat:aut quia uſitatum eſt:ciuium meorũ pro cõciuium dici.Cui:ſcilicet mihi niſi is:ſcilicet Clodius:ut opinor potius:q̃ Cæſar:quẽ tu nũq̃ amaſti:amabas enim me:inuidiſſet:& procuraſſet:ſcilicet mittẽdum in exſilium:& .i.ſimul ipſe eſſet beatus:& omnes boni. Alii legunt beatus eſſes eo ꝙ de Cæſare intelligunt:qui tunc beatus uidebatur:& ita non diceret beatus eſſet ſed eſſes: uerum de Cæſare non intelligi manifeſtum eſt:nunq̃ enim Cicero apertas inimicitias cum Cæſare habuit: quocirca potuit quis: ut etiam plures ſupra uidimus: utroſq; amaſſe: cum iam dictum ſit ideo Meſſinum nunq̃ amaſſe illum ꝙ Ciceronem amabat.

Ego sum qui nullius uim plus ualere uolui: q̄ hone/
stum ocium:idemq; cum illa ipsa arma: quæ semper ti/
mueram plus posse sensi: q̄ illum cōsensum bonorū
quē ego idē effecerā:quāuis tota conditione pacē acci
pere malui q̄ uiribus cum ualētiore pugnare. Sed &
hec & multa alia corā breui tēpore licebit. Neq; me ta
men ulla res alia Romæ tenet:nisi expectatio rerum
Aphricanarū:uidet enim mihi res in ꝓpinquū addu
cta discrimen/puto autē mea non nihil interesse:q̄q̄
idipsum:quid intersit nō sane intelligo: uerūtamen
quicquid illinc nūciatum sit:non longe abesse uelim
a consiliis amicorum. Est enim res iam in eum locum
adducta:ut q̄q̄ multum intersit inter eorum causas q
dimicant:tamen inter uictorias non multum intersu
turum putē. Sed plane animus:qui dubiis rebus forsi
tan fuerit infirmior:desperatis confirmatus est mul/
tum quem etiam tuæ superiores literæ confirmarunt:
quibus intellexi:q̄ fortiter iniuriam ferres:iuuitq; me
tibi cum summam humanitatem: tum etiam literas
tuas profuisse. Verum enim scribā:teneriore mihi ani
mo uidebare:sicut omnes fere:qui uita ingenua ī bea
ta & libera ciuitate uiximus. Sed ut illa secūda mode/
rate tulimus:sic hāc non solum aduersam sed etiam
funditus euersam fortunā fortiter ferre debemus: ut
hoc saltem in maximis malis boni consequamur: ut
mortem/quam etiam beati contēnere debebamus ꝓ/
pterea q̄ nullum sensum esset habitura:nunc sic affe/
cti non modo contēnere debeamus: sed etiā optare.
Tu(si me diligis)fruere isto ocio:tibiq; persuade:præ
ter culpam ac peccatum/qua semper caruisti:& care/
bis:homini accidere nihil posse:qđ sit horribile: aut
pertimescendū. Ego si uidebitur recte fieri posse ad te
ueniam breui/si quid acciderit ut mutandū cōsilium
sit: te certiorem faciā statim. Tu ita fac cupidus mei
uidendi sis:ut istinc te ne moueas tam īfirma ualetu/
dine:nisi me prius:quesieris per literas:quid te uelim
facere. Me uelim:ut facis:diligas:ualetudiniq; tuæ:&
tranquillitati animi seruias. Vale.

Ego sum sup. is q nullius.i.nō ullius:non
uolui uim.i.potētiā aut uiolētiā ullius uale
lere plus q̄ ociū honestū:ut est literarū:idē/
q;.i.ego idē:cū sensi illa ipsa arma.s. Cæsa/
ris q̄ timueram semp:posse plus q̄ illū con/
sensum bonoꝝ.s.ciuiū. quem .s. cōsensum
ego idē effecerā: ꝯuocatis eñ sennatoribus
Cicero ea fundamēta pacis iecerat q̄ nūq̄ in
terrūpi posse uidebant: malui accipe pacē
conditionē q̄uis.i.quātūuis torta.i.uiolenta
& iniqua:q̄ pugnare uiribus cū ualētiore .i.
potentiore uiribus. Sūt qui legāt tota:ut sit
quāuis tota cōditiōe pacis.i.nihilo detracto
de cōditionibus pacis quas Cæsar ꝓposue/
rit:Sunt etiā qui tū legunt ibi:idēq; tum illa
&c. sed plures cū legunt:Sed licebit sup. no
bis dicere aut disputare coram.i. in p̄sentia
mutua breui tpe.i.intra breue tēpus hec .s.
iā dicta & multa alia. Neq; tamē ulla alia res
tenet me Romæ:nisi expectatio rerū aphri
carū.i.qd Cato & cæteri Pōpeiani in Aphri
ca contra Cæsarē fecerint:eñ.i.quia res ui/
det mihi adducta in discrimen.i.periculum
ꝓpinquū ita ut paucis diebus de sūma rerū
in Aphrica concertandū sit. Autē.i.sed:ego
puto nōnihil.i.aliquātulū interesse.i.refer/
re mea.s.utra pars uictoriā habitura sit: q̄q̄
non ītelligo sane.i.multū qd idip̄m .s. utra
pars uicerit: intersit .i. discriminis habeat.
Verūtñ qcqd nūciatū sit illinc.i.ex aphrica
ego uelim nō abesse ꝯsiliis amicoꝝ. Res ei
est adducta in eū locū:ut q̄q̄ multū ītersit.i.
differētie sit:īter cās eoꝝ q dimicant:qa me
lior est Pōpeianoꝝ cā:tñ putē nō multū in/
tersuturū.i.differētie futurū īter uictorias.
Nā ut sæpe alibi testatus est putauit paulo
mitiorē Pōpeianoꝝ fuisse uictoriā. Sed pla
ne.i.oīno/aīus.s.meus q fuerit.i.pmittam⁹
ut fuerit:forsitan infirmior:rebus dubiis.i.
cū res eēnt dubiæ:ꝯfirmatus est mltū:rebus
desp̄atis:quē sup aīm lr̄æ tuæ supiores ꝯfir
marunt etiā:qbus.s.lr̄is ītellexi q̄ .i. q̄tū for
titer ferres iniuriā:& iuuit.i. delectauit me:
cū.s.ita sit q̄iuuit me sūmā humanitatē tuā
ꝓfuisse.i.utilē fuisse tibi:tum etiā sup.iuuit
me:literas tuas ꝓfuisse tibi. Scribā eñ uerū.
Tū uidebare mihi fuisse aīo teneriore idest
multū tenero:aut teneriore q̄ decuit: sicut
fere nos oēs sup. uidebamur fuisse qui uixi
mus uita ingenua.i.nulla seruitute notata/
in ciuitate btā .i. opulēta ac fœlici & libera.
Sed ut tulimus.i.portauimus moderate.i.tē
perāter:illa secūda.i.ꝓspera & læta:sic debe
mus ferre fortir hāc fortunā nō solū aduer/
sam:sed etiā euersam funditus.i.a primis fundamentis:quātū ad libertatē:ut cōsequamur in maximis malis:
saltē hoc boni:ut debeamus nūc affecti sic.s.desp̄tione salutis aut libertatis:non mō.i. non solū cōtēnere sed
etiā optare mortē:quā.s.mortē nos debebamus cōtēnere etiā beati.i.cū essemus beati:ꝓpterea q̄ ipsa nullum
sensum esset habitura: quod dicit secundum Epicureos: quos tamen alibi reprehendit: nisi forte putemus
ꝓpterea

dicere q̄ beatis tanta fuerit lætitia ut tormenta mortis non sentiāt: Vnde non dicit se in morte aut
post mortē nullū sensum habituros fuisse: sed mortē ipsam. Tu: si diligis me: fruere isto ocio.i.cape fructū &
uoluptatē ex isto ocio qđ nactus es:& p̄suade tibi/nihil posse accidere aut accedere.i.addi hoī qđ sit horribile
aut pertimescendū:præter culpā ac peccatū:q̄.s.culpa tu caruisti.i.uacuus fuisti & carebis sp̄. Ego ueniam bre
ui.s.tempore:ad te:si uidebitur posse fieri recte:si quid acciderit:ut.i.ita ut consiliū sit mutandū:ego faciā sta
tim te certiorem. Tu fac sup.ut sis cupidus mei uidendi ita ut ne.i.non moueas te istinc.i. ab isto loco:ualetu/
dine sup.tua ente tam īfirma:nisi q̄sieris prius ex me per literas:quid uelim te facere.i.ut tu facias. Velim:ut
facis:sup.ut diligas me & seruias.i.inseruias ualetudini tuæ & tranquillitati animi.s.tui. Vale.

M.T.C. Epistolarum Familiarium. Lib. VI.
M. Cicero. S. Dicit Aulo Torquato.

Etsi ea ꝑturbatio est oīm rerū ut
suæ queq; fortunæ maxīe pœni/
teat:nemoq; sit qn ubi uis:q̄ ubi
est esse malit/tñ mihi dubiū nō
est qn hoc tpe bono uiro Romæ
esse miserrimū sit. Nā etsi quocū
q; in loco q̄sq̄s est idē ē ei sensus
& eadē acerbitas ex īteritu rerū:& publicarū:& suarū
tñ oculi augēt dolorem:q ea quæ cæteri audiunt: in/
tueri cogūt nec auertere a miseriis cogitationē sinūt.
Quare & si multarum rerum desyderio te angi ne/
cesse est:tamen illo dolore:quo maxime te confici au
dio:q̄ Romæ non sis:animum tuum libera. Etsi eñ
cum magna molestia tuos/tuaq; desyderas:tamē illa
quidem/& quæ requiris suum statum tenent:nec me/
lius si tu adesses:tenerent:nec sunt ullo in proprio pi
culo. Nec debes tu:cum de tuis cogitas: aut p̄cipuam
aliquam fortunam postulare:aut cōmunem recusare
De te autem ipso Torquate est tuū sic agitare animo:
ut non adhibeas in consilium cogitationum tuarum
desperationem aut timorē. Nec enim is: qui in te ad/
huc iniustior:q̄ tua dignitas postulabat fuit:non ma
gna signa dedit animi erga te mitigati. Nec tamen is
ipse:a quo salus petitur:habet explicatam aut explo/
ratam rationem salutis suæ. Cumq; omnium belloꝝ
exitus īcerti sint:ab altera uictoria tibi periculum nul
lum esse perspicio:quod quidem seiunctum sit ab om
niū īteritu:ab altera teipsum nūq̄ timuisse certo scio.
Reliquum est:ut teipsum(quod ego quasi cōsolatio/
nis loco pono)maxime excruciet:cōmune piculū rei
pu. Cuius tanti mali:q̄uis docti uiri multas dicant:ta
men uereor: ne consolatio ulla possit uera reperiri:
præter illam quæ tanta est: quantum in cuiusq; ani/

Etsi.&c. Aulus torquatus post pharsa
licā cladem se athenas contulit ut ple
riq; alii:interea dū bella adhuc sæuirent in
ter Cæsarē & Pōpeianos. Eū ergo a mœro/
re auocat hac epistola Cicero dicēs. Et si ea
perturbatio est omniū rerum ut quēq; pœ/
niteat maxime fortunæ suæ:ut nemo sit qn
malit eē ubiuis.i.ubilibet q̄ ibi ubi est:tamē
non est dubiū mihi quin miserrimū sit bo/
no uiro:esse hoc tpe romæ: Nā & si quocūq;
in loco q̄sq̄s est:idem sensus est ei:& eadem
acerbitas ex interitu rerum & publicarum
& suarum.s.priuatim/tamen oculi:idest ui
sus augent dolorē:quia cogunt:scilicet nos
intueri:idest inspicere:ea quæ cæteri audiūt
nec.s.oculi sinunt.i.pmittunt sup.nos auer
tere cogitationem a miseriis.
Quare.i.quāobrē:etsi.i.q̄q̄.necesse est: te
angi.i.premi & affici uehemēter: desyderio
multarū reꝝ:tamē libera.i.solue/anim tuū
illo dolore:quo audio te cōfici maxime.s.q̄
non sis Romæ. Eñ.i.qa:etsi desyderas cum
magna molestia.i.magna molestia aī cōco/
mitante:tuos.s.amicos & necessarios:& tua
s.bona:tñ illa quidē & tuæ reqris.i.exigis te
nent statū suū.i.sibi debitū:nec tenerēt me/
lius si tu adesses:nec sunt in ullo piculo pro
prio. Nec tu debes cū cogitas de tuis.s.ami/
cis & rebus:aut postulare.s.a deo:fortunam
aliquā p̄cipuā.i.excellentē/aut recusare cō/
munē.s.fortunā. Aūt.i.sed:o Torq̄te tuum
est.i.officii tui:agitare aīo sic de teipso/ut
non adhibeas in consiliū cogitationū tuarū
desperationē.s.melioris fortunæ aliqñ ha/
bēdæ/aut timorē.s.de peiore. Nec eñ is ui/
delicet Cæsar:q fuit adhuc iniustior in te:q̄
dignitas tua postulabat:nō dedit:hoc est de
dit:nā necnō affirmatiua uox est:magna si/
gna.i.īdicia/aī.s.sui/mitigati erga te. Nec
tamē is ipse uidel; Cæsar/a quo salus petit̄
habet rōnem.i.uiā & modū salutis suæ ex/
plicatam.i.promptā/aut exploratam .i. eui
dentē:qđ paulopost patuit in senatu tribus
& uiginti uulneribus interemptus est. Cūq;
idest & cum:exitus omnium bellorum sint
incerti: quia nondum finitum erat bellum
ciuile:hoc dicit: ego perspicio: idest intel/
ligo clare: nullum periculum esse tibi ab
altera uictoria: scilicet Cæsaris/qui tibi

placato est aio:quidem.i.certe qđ periculũ sit seiunctũ.i.separatum ab interitu.s.liber tatis oium:& certo scio te nũq̃ timuisse/ab altera.s.uictoria:utpote Pompeianoꝝ.Re/liquum est.i.restat ut cõmune periculũ rei/pu.excruciet maxime teipsum:qđ.s.solum a cõmuni periculo cruciari:ego pono quasi loco cõsolationis.Cuius tãti mali:quãuis .i. licet docti uiri:uidelicet philosophi:aut do cti ciues:dicant multa.s.remedia:aut lega/mus multas : ut sit q̃uis dicant multas sup. cõsolationes ab eo qđ seqtur : tñ uereor ut ulla consolatio uera possit repiri:hoc est ue reor nullã ueram posse repiri:Idem eñ effi cit uerbũ uereor cũ negatione & sine ea:ꝓ/ter illã.s.consolationẽ quæ est tanta : quãtũ roboris.i.fortitudinis atq̧ neruoꝝ.i. uiriũ firmarũ est in aio cuiusq̧. Si eñ sentire be/ne & facere recte est satis ad uiuendũ bene & beate secũdum stoicos q in uirtute btitu/dinẽ ponũt:nõ uereor ne nefas sit dicere eũ esse miserũ/qui possit sustentare sese ꝯsciẽ tia.i.eo q̧ sibi conscius est optimoꝝ consi/liorum.Nec eñ arbitror nos ductos.i. indu ctos/p̃miis uictoriæ.i.quæ uictoria talis af/ferre solet reliquisse olim.s.dum Põpeium secuti sumus:p̃riam &liberos & fortunas.i. diuitias:sed uidebatur nobis quoddã offici um iustũ & piũ & debitum reip. & dignita ti nr̃æ:qui nec cũ faciebamus id.i.cum dere linquebamus nostros & nr̃a:eramus tã amẽ tes.i.insani:ut uictoria esset.i.reputaret̃ no bis explorata.i.certa. Quare si id qđ propo situm fuit posse accidere nobis ingredienti bus cãm.i.qđ uidebamus ante oculos : hoc est Cæsarem uictorem fore:euenit nos non debemus cadere animis ita:quasi aliqd eue nerit/quod putaremus nũq̃ posse fieri. Igi tur simus ea mente.i.habeamus eam men/

animo roboris est/atq̧ neruorum.Sic enim bene sen/tire/recteq̧ facere satis est ad bene beateq̧ uiuendum non uereor:ne eum:qui se optimorum consiliorũ cõ scientia sustentare possit:miserum esse nefas sit dicere Nec enim nos arbitror uictoriæ p̃miis ductos patriã olim/& liberos/& fortunas reliquisse: sed quoddam nobis officium iustũ & piũ:& debitum reip. nostræq̧ dignitati uidebatur:qui nec cum id faciebamus: tam eramus amẽtes:ut explorata nobis eẽt uictoria.Qua/re si id euenit:quod ingredientibus nobis in causam propositum fuit accidere posse : non debemus ita ca/dere animis : quasi aliquid euenerit quod fieri posse nunq̃ putaremus.Simus igitur ea mente quam ratio & ueritas præscribit:ut nihil in uita a nobis p̃stãdum præter culpam putemus : eaq̧ cum careamus omnia humana placate & moderate feramus Atq̧ hec eo p/tinet oratio:ut perditis rebus omnibus tamen ip̃a uir tus se sustentare posse uideatur.Sed si est spes aliq̃ re/bus cõmunibus:ea tu quicunq̧ status est futurus:care re non debes:Atq̧ hec mihi scribenti ueniebat in mẽ/tem:me eum esse/cuius desperationem accusare soli/tus esses:quem q̧ authoritate tua cunctantem:& diffi dentem excitare . Quoqdem tẽpore non ego causam nostrã sed cõsiliũ iprobabã:Sero eñ nos iis armis ad uersari uidebã:quæ multo ante confirmata per nos/metipsos erant:dolebãq̧ pilis:& gladiis:nõ cõsiliis: neq̧ authoritatibus nostris de iure publico deceptari.

tem quã rõ & ueritas p̃scribit.i.statuit nobis:ut putemus.i.existimemus:nihil p̃standũ.i.emẽdandũ a nobis in uita.s.ista.i.eoꝝ quæ contingũt uita nr̃a durante:p̃ter culpam.s.nr̃am:& cum careamus ea.s.culpa.Ergo care mus etiã iis quæ habere nolimus:feramus oĩa humana.i.quæ oĩ homini accidere possunt icõmoda:placate & moderate.Atq̧ hec oratio.s.mea pertinet eo.i.ad id:ut perditis oĩbus rebus.i.licet oẽs res sint perditæ : tamẽ ipsa uirtus uideatur posse sustẽtare sese. Sed si aliqua spes est rebus.i.de rebus cõmunibus:tu nõ debes carere ea.s.spe:quicũq̧ status est futurus. Atq̧ ueniebat mihi scribenti hec:in mentẽ.i.cogitationẽ : me esse eũ cuius desperationẽ tu solitus esses accusare quẽ q̧.i.& quẽ.Sunt eñ duæ partes:tu solitus esses excitare tua authori tate/cũctantem.i.hæsitantẽ & diffidentẽ.i.quasi desperantẽ de rep.Quoqdẽ tpe.s.quo tu me accusabas sic& excitabas:ego nõ improbarẽ cãm nr̃am quæ semp iusta uisa est:sed cõsiliũ sup.nr̃m:qa dixi nos male cõsultos esse q tantæ Cæsaris potẽtiæ obuersaremur:cũ tñ iustissima esset rõ belli cõtra eũ:unde addit dicti sui rõnem dicẽs eñ.i.qa:ego uidebã.i.intelligebã nos aduersari sero.i.minus tarde:iis armis q̃ erãt cõfirmata p nosmet ipsos multo ante: qa tũc cũ Cæsari decretũ est iperiũ in gallia:& dolebã deceptari de iure publico.i.de princi/patu Romano:pilis.i.telis longis romanoꝝ propriis:& gladiis:non consiliis neq̧ authoritatibus nostris.

Careo

Neq̧ ego cum dicebã ea fore.i.futura esse &dimittere:quæ facta sunt:uidelicet nũc di uinabã.i.quasi diuino inflatus spũ p̃dicebã futura:sed timebã ne id accideret:qđ uide/bam &.i.simul:posse fieri:&fore exitiosum i.pernitiosum:si euenisset : præsertim cum

Neq̧ ego ea q̃ facta sunt fore cũ dicebã/diuinabã futu ra:sed qđ & fieri posse & exitiosum fore : si euenisset: uidebã:id ne accideret timebã:p̃sertim cũ si mihi al/

terutrũ

terutrũ de euẽtu/atq̧ exitu rerũ ꝓmittendũ eẽt:id fu/turũ qđ euenit exploratius possem ꝓmittere. His eñ rebus p̃stabamus/q̃ nõ ꝓdeũt i aciẽ/usu aũt armoꝝ & militũ robore iferiores eramus: Sed tu illũ aĩm nunc adhibe q̃so quo me tũc esse oportere cẽsebas.Hec ego scripsi q̧ mihi Philargyrus tuus oĩa de te requirenti fi delissimo animo/ut mihi quidẽ uisus est/narrauit/te interdum sollicitũ solere esse uehemẽtius:quod face/re non deberes:nec dubitare/quin aut aliqua rep. sis futurus/qui esse debes/aut pdita non afflictiore cõdi/tione q̃ cæteri.Hoc uero tẽpus quo exanimati omnes & suspẽsi sumus:hoc moderatiore animo ferre debes q̧ & in ea urbe es:ubi nata/&alita est ratio ac modera tio uitæ:& habes Seruium Sulpitium:quem semp uni ce dilexisti/qui te profecto & beneuolẽtia/& sapiẽtia consolatur:cuius si essemus & authoritatem/& consi lium secuti/togati potius potentiam q̃ armati uicto/riam subissemus.Sed hec longiora fortasse fuerunt q̃ necesse fuit/illa quæ maiora sunt : breuius exponam. Ego habeo cui plus:q̃ tibi debeam neminem:quibus tantũ debeam quãtũ tu intelligis:eos mihi huius bel/li casus eripuit/qui sim autem hoc tempore intelligo sed quia nemo est tam afflictus:qui si nihil aliud stu/deat:nisi id quod agit:non possit nauare aliquid/& efficere:omne meum cõsilium/operam/ studium cer/te uelim existimes tibi:tuisq̧ liberis esse debitũ.Vale.

si promittendum esset mihi alterutrum .i. alterum duorum de euentu atq̧ exitu rerũ possem ꝓmittere exploratius : idest certius id quod euenit: uidelicet Cæsarem uicturũ in conflictu pharsalico aut simili si conti/gisset confligere cum Pompeianis . Nos eñ q Põpeiũ secuti sumus:p̃stabamus.i.me liores eramus his.i.hmõi rebus q̃ nõ ꝓdeũt in aciẽ.i.ꝯtra armatã manũ hostiũ:aũt.i.sed nos eramus inferiores usu armoꝝ : & robo re militũ.Sed q̃so tu adhibe nũc illũ aĩum/quo cẽsebas me oportere esse tũc.Ego scri/psi hec eo.i.ꝓpterea:q̧ Philargyrus:nomẽ est liberti ipsius Torq̃ti:qñ aũt appellatiuũ est dicit̃ amator argenti:hoc est auarus:tu' s.libertus : narraut mihi requirẽti oĩa de te narrauit dico aĩo fidelissimo:ut qdẽ uisus ẽ mihi.s.narrare:qa fraus interdũ occulit̃ : te solere esse interdũ sollicitũ uehemẽtius .i. uehementer aut uehementius q̃ deceat qđ nõ deberes facere:nec dubitare qn sis futu/rus sup.is qui debes esse:aliq̃ rep.s. futura: aut rep.sup.perdita.i.si sit pdita:futurus sis cõditione.i.statu uitæ:nõ afflictiore q̃ cæte/ri. Vero.i.sed tu debes ferre hoc tẽpus quo nos oẽs sumus exanimati.i. p̃uati aĩo & su/spensi.i.stupefacti:aĩo moderatiore.s.q̃ re/liqui:hoc.i.ꝓpter hoc:q̧.i.qa tu es.i.siml' in ea urbe.s.atheniẽsi:ubi rõ & moderatio ui/tæ:est nata & alita.i.nutrita:&.i.siml' habes Seruiũ Sulpitiũ/quem dilexisti semper uni ce:qui ꝓfecto consolat̃ te & beneuolẽtia & sapientia:cuius si nos essemus secuti autho ritatem &consilium:nos subissemus potius togati:idest in pace potentiam:q̃ armati ui ctoriam:Sed hec:scilicet consolatoria uer/ba:fuerunt fortasse longiora q̃ fuit necesse.

ego exponam breuius illa quæ sunt maiora:Ego neminẽ habeo cui debeam plus q̃ tibi : & casus belli eripuit mihi eos qbus debeam.s.si uiuant:tantũ quãtũ tu intelligis.autẽ.i.sed ego intelligo qui:idest qualis& q̃ miser sim hoc tpe:sed qa nemo est tã afflictus/q si nihil studeat aliud q̃ id qđ agit:ubi studeo cũ actõ construit̃:non possit & ita qlibet possit nauare & efficere aliqd.s.aduersus Cæsarẽ:ego uelim sup.ut existimes: omne cõsiliũ meum:operã.s.meam oẽm/certe.i.haud dubie:studiũ sup.meũ omne:esse debitũ tibi & liberis tuis. Vale.

Studeo

M.C.A. Torquato .S. dicit.

PEto a te:ne me putes obliuione tui rarius ad te scribere : q̃ soleã : sed aut grauitate ualetudinis:qua tñ iã paululũ uideor le/uari:aut q̧ absim ab urbe:ut qui ad te ꝓficiscãtur scire nõ possim.Quare uelim ita statutũ habeas me tui me moriã sũma cũ bñuolẽtia tenere:tuaq̧ oẽis res nõ mi nori mihi curæ q̃ meas eẽ . qđ i maiore uarietate uer sata est adhuc tua cã q̃ hoĩes aut uolebant:aut opina bant̃:mihi crede:nõ est pro malis tẽpoꝝ:qđ moleste feras.Necesse est eñ aut armis urgeri remp.sempiter/

PEto. Argumentũ est q̃le supioris eplæ Adducit eñ Cicero multas rõnes:qui bus ꝓbat nihil eẽ qđ Torq̃tus merito mo/leste ferat q̧ nõ sit adhuc cõsecutus id quod uolebat:&q̧ cã eius sit obseruata in maiore uarietate q̃ quiuis opinatus eẽt.Purgat au/tem in principio q̧ raro ad eũ scripserat di/cẽs.Peto a te:ne putes me scribere ad te ra/rius q̃ soleã:obliuione.i.propter obliuionẽ tui:sed aut grauitate ualetudinis.i. ægritu/dinis:q̃ tñ ego uideor leuari.i. liberari/iam paululũ.i.modicũ:aut modicule/aut sup.iõ q̧ absum ab urbe:ut nõ possim scire q ꝓfi/ciscant̃ ad te.s.Athenas.Quare ego uelim ut sup.hẽas statutũ.i.constitutũ & firmatũ me tenere memoriã tui cũ bñuolẽtia sum/

ma.i.maxima & oēs res tuas esse mihi non minori curæ:q̄ meas.s.res.qd'.s. ut scribis: cā tua uersata est adhuc in maiore uarieta/ te q̄ hoīes aut uolebāt aut opinabant':crede mihi nō est sup.aliqd tibi ꝑ malis.i. secūdū mala tēpoꝝ:qd' feras.i.ferre debeas mole/ ste.Næcesse est em̄ aut rēp.urgeri armis sē piternis:aut rēp.recreari aliqn̄: his.s.armis positis.i.depositis/aut sup.eā interire fun/ ditus.i.a fundo uel ad fūdū usq;.Si arma ua lebunt/nec debes uereri eos.s.Cæsarē & cæ sarianos:a qbus recesseris:nec eos quos ad/ iuuisti:uidelicet Pōpeianos:si aut armis po sitis.i.depositis:cōditiōe.i.pactione:aut ab/ iectis defatigatiōe:aut detractis uictoria.s.

nis:aut iis positis recreari aliqn̄/aut funditus interire Si arma ualebunt nec eos:a qbus recesseris uereri de/ bes:nec eos quos adiuuisti.Si armis aut cōditione po sitis/aut defatigatione abiectis:aut uictoria detractis ciuitas respirauerit: & dignitate tua frui tibi & fortu/ nis licebit.Si oīno īterierint oīa/fueritq; is exitus quē uir prudētissimus.M.Antonius iā tū timebat:cū tātū instare maloꝝ suspicabat':misera est illa qdē cōsola/ tio:tali:ꝑsertim ciui & uiro sed tn̄ necessaria: nihil eē præcipue cuiq̄ dolendū in eo quod accidat uniuersis.

alterius partis:ciuitas.s.Romana:respirauerit:licebit tibi frui & dignitate tua &fortunis tuis.Si omnia.s.rei/ pu.iura:interierint omnino.i.ex omni parte:& is exitus.s.bellorum fuerit:quem Marcus Antonius orator in signis qui fuit auus illius Marci Antonii qui triūuir Ciceronem postea proscribendum curauit:& proscriptū compræhendendum ac trucidandum:præcipue ob philippicas orationes in eum scriptas:uir prudentissimus timebat iam tum idest tunc cum suspicabatur tātum malorum instare:Cōsolatio illa est quidem misera:præ/ sertim tali ciui & uiro:sed tamen necessaria:uidelicet nihil esse dolendum cuiq̄ præcipue: idest singulariter/ aut peculiariter ī eo quod accidit uniuersis.

Quæ uis &c.Si tu attendes qd' facis: q̄ uis sit ī his paucis.s.ꝓximo loco iā habitis:pau ca autē iō scripsit.em̄.i.qa: plura nō erāt cō mittenda epl'æ:q̄ breuitate gaudet:tu profe cto intelliges ēt sine lr̄is meis:te habere ali qd qd' speres.i.spare possis.& nihil sup. ha/ bere:quod timeas.i. timere debeas:aut hoc aut aliquo statu reip.sup.extāte. Si oīa īte/ rierint:cū ne uelis quidē si liceat te esse sup stitē.i.superuicturū reip.intelliges sup. for tunā eē ferendā/ꝑsertim quæ absit a culpa. Sed hec sup.scripta sint hactenus. Velim sup.ut tu scribas ad me qd agas:&ubi sis fu turus: ut possim scire aut quo scribam aut quo ueniam. Vale.

SVpioribus lr̄is &c.Hec epl'a inqt Hu/ bertinus:uidet' ꝓponēda superiori: qa scripta uidet' post primā in q̄ Cicero multa adduxit ad consolandū Torquatū: ꝓpter q̄ dicit se nūc breuiorē debere esse. Consolat' tamen eū etiā hac epl'a:quantū pōt:licet di/ cat Torquatū esse in ea urbe:utpote Athe/ nie n̄.ubi uel ipsi parietes ornatius q̄ Cice/ ro ipe loq possint. Ordo est.Ego fui lōgior s. q̄ decuit:aut aliquātulū lōgus supioribus lr̄is quarū initiū est.Et si ea perturbatio&c. adductus.s.ad hoc:magis beneuolētia: q̄ ꝙ res.i.næcessitas postularet ita Neq; em̄ uir/ tus tua egebat cōfirmatione nostra:neq; ea i.talis erat causa mea atq; fortuna ut/cuiipī omnia deessent/confirmarē alterū.Debeo: itē.i.sil'iter esse breuior hoc tempore/em̄.i. qa siue nihil opus fuit tum̄.i. tunc tā multis uerbis:nihilo.i.in nullo est nūc magis opus s.tam multis uerbis:tum.i.tunc:illud:scili/ cet quod tunc scripsit satis est: præsertim

Quæ uis insit in his paucis uerbis:(plura enim cōmit tenda epistolæ nō erāt)si attendes quod facis:profe/ cto etiam sine meis literis intelliges:te aliquid habe/ re:quod speres:nihil quod aut hoc/aut aliquo reipu. statu timeas:omnia si interierint:cū supstitē te esse rei pu.ne si liceat quidē uelis:ferendā esse fortunam:præ sertim quæ absit a culpa.Sed hec hactenus. Tu uelim scribas ad me quid agas/& ubi futurus sis: ut aut quo scribam:aut quo ueniam scire possim. Vale.

M.Cicero.S.D.Aulo Torquato.

SVperioribus literis beneuolētia magis ad/ ductus q̄ ꝙ res ita postularet:fui lōgior.Ne q; enim confirmatione nostra egebat uirtus tua:neq; erat ea mea cā:atq; fortuna ut cui ipī oīa de/ essent:alterū cōfirmarē. Hoc itē tpe breuior eē debeo siue enim tū nihil opus fuit tam multis uerbis:nihilo magis nunc opus est:siue tū opus fuit: illud satis est: præsertim cum accesserit nihil noui.Nam & si quoti/ die aliquid audimus earum rerum:quas ad te perfer/ ri existimo: summa tamen eadem est & idem exitus: quem ego tā uideo animo q̄ ꝙ ea quæ oculis cernimus. Nec uero quicq̄ uideo quod nō idem te uidere certo scio.Nam & si quē exitum acies habitura sit:diuinare nemo potest:tamē & belli exitū uideo:& si id minus: hoc quidem certe:cum sit necesse alterutrum uincere qualis futura sit uel hec: uel illa uictoria. Idq; cum

optime

optime perspexi tale uideo:nihil ut mali uideat' eē fu/ turū:si id uel ante ceciderit:qd uel maxime ad timorē proponitur.Ita em̄ uiuere ut tum sit uiuēdum: miserri mum est mori autē nemo sapiēs miserum dixit:ne bea to quidē.Sed in ea es urbe:in qua hæc uel plura & or/ natiora parietes ipsi loqui posse uideant'.Ego tibi hoc confirmo:& si leuis est cōsolatio ex miseriis aliorum: nihilo te nunc maiore in discrimine esse:q̄ quēuis:aut eorum qui discesserunt:aut eorū q remanserunt:alte/ ri dimicant:alteri uictorē timent.Sed hæc cōsolatio le uis est:illa grauior:qua te uti spero:ego certe utor:nec enī dū ero angar ulla re:cū oī uacē culpa. & si nō ero: sensu omnino carebo: sed rursus γλαυκασ εισ αθηνασ q ad te hæc.Mihi tu:tui:tua omnia maxime curæ sunt & dum uiuam erunt. Vale.

cum nihil noui acciderit.Nam etsi.i.q̄q̄ nos audimus quotidie.i.singulis diebus:aliqd ea rum rerū/quas ego existimo ꝑferri.i.cōple/ te nūciari ad te:tamen sūma.i. finalis snīa & cōclusio de statu reip.est eadem:& exitus est idē.i.ad eūdē finē oīa tendunt:quē.s.exitum ego uideo anīo:tā.i.tā ꝑfecte &euidēter hoc est ꝑspicio futurū:q̄.i.q̄tum perfecte sup.ui deo aut uidemus ea q̄ cernimus oculis.s.ex/ terioribus. Ex hoc loco traxerunt qdam dif ferentiā inter cerno:& uideo:dicentes cerne re ad oculos exteriores:uidere ēt ad interio res pertinere.Nec uero uideo quicq̄ qd' non scio certo.i.ꝓ certo te uidere idē. Nam etsi nemo pōt diuinare quē exitū acies.i.confli/ ctus duarū acierū sit habitura.s.in philippis campo pharsaliæ:tn̄ uideo &.i.sil' exitū belli i.id qd' bellū sequet' utpote oppssionē reip. & si sup.uideo minus.i.non satis clare: id.s. qd' dictū ē:hoc ē exitum belli:certe uideo q/ dem.i.saltē hos.s.q; cum sit næcesse alteru/ trum.i.unū duorū aut Cæsarē aut Pompeia

Cerno Video.

nos:uincere:uideo sup.qualis uictoria uel hæc.s.Pompeianorū:uel illa.s.Cæsaris sit futura.q.d.cum amissiōe libertatis cū utriq; uelint opprimere aduersarios suos.Et cū.i.postq̄ perspexi id.s.q̄lis futura sit uictoria:opti me.i.perfectissime.ego uideo sup.ipsum tale:ut nihil.i.nō aliquid:ut aliqd mali non uideat' futurū:si uel.i.ēt id qd'ꝓponitur.s.nobis ab inimicis uel.i.ēt maxime:ad timorem.i.ad incutiēdū nobis timorē:hoc est mori aut occidi:ceciderit ante.s.perfectā alterutrius uictoriā:Enim.i.qa:uiuere ita.i.ī seruitute quadā publica: ut.i.qua liter:uiuendū sit tūc.s.post alterutrius uictoriā:est miserrimū:autē.i.sed:nemo sapiens dixit aut duxit mori/ miserum. Vnde maro: Vsqueadeo ne mori miserū est:ne quidē.i.non saltē beato:hoc est cū: ut Flaccus ducit mors ultima linea rerū sit:&ita finis malorū saltem huius mundi:ita uidet' mors miseris optanda beatis fugiē da:unde Boetius mortē censet fælicē:q̄ se nec dulcibus ānis inserit:& mœstis sæpe uocat a uenit:tamē sapiētes ne beato quidē miserū putant mortē interuenire:cū sit ineuitabilis:& citra culpā nostrā.ob culpā tamē primi parentis accidere possit:uerū Christianis placet qd' dicit':preciosa in cōspectu domini mors sanctorū eius. Et beati qui in domino moriunt':& cōtra.Mors peccatorū pessima:sed reuertamur ad ordinē.Sed tu es in ea ur be:s.Atheniensi.in q̄ ipsi parietes uideantur posse:ꝑꝑ frequentem lectionē philosophiæ:unde Iuuenalis sili hyperbole utit' satyra prima:Frontonis platani conuulsaq; marmora clamant:Semper & assiduo raptæ lecto re columnæ:loqui hæc uel plura & ornatiora.Ego cōfirmo tibi hoc etsi.i.q̄q̄ cōsolatio ex miseriis aliorū ē le uis.i.modici ponderis momēti:qa licet solatiū est miseris sociū hr̄e in pœnis:tamē nō minus cruciant': qui cū multis cruciant' q̄ si soli essent:te nihilo.i.nullo mō:esse nūc in discrimine.i.periculo/maiore:q̄ quēuis aut eo rum q discesserūt.s.ab urbe:aut eorū qui remanserūt.Alteri.s.q recesserūt ab urbe secuti alterutrū ducem:di micant.i.certāt ꝓ uictoria & ita in periculo uitæ sunt:alteri.s.q remanserūt tanq̄ neutrius factionē approban tes:timent uictorē.s.tam Cæsarem q̄ Pompeiū.Sed:ut iam dictū est:hec.i.hmōi consolatio est leuis.i. modici momenti:illa.s.quā dicet:est sup.grauior.i.maioris ponderis:q̄.s.cōsolatione ego spero te uti:ego certe utor sup.ea.Nec enim angar ulla re dū.i.donec aut q̄diu ero scilicet in hac uita:cū uacem.i.uacuus & purus sim:oī culpa:etsi non ero.s.in hoc mundo:carebo oīno sensu.i.ꝑceptione earū rerū quæ hic gerent'. Est ergo magni momenti consolatio:qua dilēmate quodā conuincit uirū bonū et sapientē nō deberi angi pro rebus q̄ hic acci dant.Nam aut īterierit malis huius uitæ:aut non:si interierit non anget' eis q̄ citra culpā suam contigerūt:ut mala belli ciuilis:cuius Cicero neutri fuerat author:aut nō interierit:et ita non sentiet:saltē cū dolore cū sine culpa sua cōtigerint:uī' tamē Epicurice innuere:nullū manere post mortē in hoīe sensum: cuius cōtrariū ali bi docet.Sed rursus sup.mitto.γλαυκασ.i.noctuas:εισ.i.ad.αθηνασ.i.athenas:ubi maxima uis noctuarum est:hoc ē prudētiorē me doceo:q̄si sus mineruā:qui.s. scribo hæc ad te.s.hoiem tā doctū.tu:tui:et tua oīa sunt mihi curæ:et erunt dum.i.q̄diu uiuam.Est aūt zeugma ab īferiore:nam per cōceptionē diceret estis et eritis.

M.T.Cicero.A.Torquato.S.D.

NOui quod ad te scriberē nihil erat:&tn̄ si qd esset:sciebā te a tuis certiorē fieri solere. De futuris aūt rebus & si semp difficile est dice

NOui quod ad te scriberem &c. Consi mili fere argumēto cum superiorib' ostēdit Cicero magnū impendere pe riculum ex bellis ciuilibus siue Pompeiani siue Cæsar uictor futurus sit.Deinde cōso/ latur Torquatū fere iisdē rōnibus qbus in:

ſuperioribus & precipue in prima epl'a.Or/
do eſt.Nihil noui erat ſup.mihi qđ ſcriberē
ad te:&tamē ſiqd ſup.noui eſſet:ſciebā te ſo
lerē fieri certiorē.i.te edoceri a tuis.ſ.familia
ribus & neceſſariis:Aūt.i.ſed:etſi i. q̄q̄ dice
re de rebus futuris eſt ſemp difficile: preſer
tim de cōtingentibus:qualis eſt exitus belli
ad quē fortuna multū pōt:tamē tu poſſis.i.q
libet poſſit:accedere.ſ.ad uerā cognitionem
ꝓpius.i.aliquātū aut multū ꝓpe cōiectura.i.
ꝑ coniecturā:tūc ſup.cū.i.qn̄ res eſt eiuſmo/
di:cuius.i.ut eius exitus poſſit ꝓuideri.Nos
uidemur nūc intelligere tantū: bellū nō diu
Etſi. turnū ſup.futurū:etſi.i.licet:idipſum.ſ.bel/
lum nō futurū diuturnū:uideat nō nullis.i.
aliqbus aut qbuſdam:ſecus.i.aliter:hoc ē et
ſi uideat qbuſdā diuturnū fore ubi etſi con/
ſtruit cū ſubiunctiuo uerbo:Equidē.i.ego q
dem/cū.i.quādo/ſcribebā hæc putabā iā ali
qd.ſ.de bello finiēdo/actū nō ſup.id ſcribo:
quo:ꝙ:legā aut quo.i.perqđ:ſciā certo : ſed
ꝙ.i.qa ꝯiectura erat haud.i.nō difficilis:hoc
eſt qa facile poterā ꝑ cōiecturā conſequi:qđ
ſequētibus ꝓbat:unde non ſubſcribā tollen
tibus negationē:nā cū oīs mars.i. author ui
ctoriæ:belli ſup.ſit cōis.i.neutri parti adiu/
ratus:& cū exitus præliorū ſint ſemper īcer
ti:tamē magnæ copiæ dicunt eſſe hoc tem/
pore paratæ utrinq;.i.ab utraq; parte:ad pu
gnandū ita ut utercunq;.ſ.exercitus uicerit.
nō ſit futurū mirū.i.mirandū:utercūq;.i.qui
cūq; duorū/uicerit:qa uterq; exercitus opti
me īſtructus erat:illa opinio optimū: quā di
cturus eſt:cōfirmat.i.auget & roborat ī ſin
gulos dies magis & magis opinio aūt eſt : ēt
ſi.i.q̄uis interſit.i.differentiæ ſit aliquātum
inter cās armorū:quia Pōpeiani iuſtiorē cau
ſam eo ꝙ a rep.ſtabant/habebant:tamē non
multū interfuturū.i.differentiæ futurū : in/
ter uictorias eo ꝙ utraq; pars uictoria inſolē
ter uſura uidebat . No ſſumus experti ꝓpe
modū.i.quaſi alteros.ſ.Pompeianos.Nemo

re:tn̄ interdū cōiectura poſſis propius accedere:cū res
eſt eiuſmodi cuius exitus prouideri poſſit.Nunc tantū
uidemus intelligere nō diuturnū bellū : & ſi idipſum
nōnullis uideat ſecus:Equidē cum hæc ſcribebam ali
qd iam actū putabā nō quo ego certo ſciā:ſed ꝙ haud
difficilis erat coniectura.Nam cū oīs belli Mars cōis:
&cū ſemper incerti exitus præliorū ſint:tn̄ hoc tpe ma
gnæ utrinq; copiæ ita paratæ ad pugnandū eſſe dicun
tur.ut utercunq; uicerit:non ſit mirū futurū:illa ī dies
ſingulos magis:magiſq; opinio hominū cōfirmatur:
ēt ſi inter cauſas armorū aliquantū interſit:tn̄ inter ui
ctorias non multū interfuturū alteros propemodum
iam ſumus experti:de altero nemo eſt: quin cogitet cū
ſit metuēdus iratus uictor armatus.Hoc loco ſi uideor
augere dolorē tuū:quē cōſolādo leuare debebā:fate/
or me cōium malorū cōſolationē nullā inuenire ꝑter
illā:q̄ tn̄:ſi poſſis eam ſuſcipere maxima eſt/quaq; ego
quotidie magis utor:cōſcientiā rectæ uoluntatis maxi
mam cōſolationem eſſe rerū icōmodarū:nec eſſe ullū
magnum malū ꝑter culpā: a qua qn̄ tantū abſumus:
ut ēt optime ſenſerimus.euentuſq;magis noſtri cōſilii
q̄ cōſiliū reprehendat :&qn̄ preſtitimus:qđ debuimus
moderate qđ euenit:feramus.Sed hoc mihi tn̄ nō ſu/
mo:ut te cōſoler de cōibus miſeriis:q̄ ad cōſolādū ma
ioris ingenii:& ad ferendū ſingularis uirtutis indigēt
Illud cuius facile eſt docere:cur precipue tu dolere nī
hil debeas.Eius em̄:qui tardior ī te leuādo fuit:q̄ fore
putaremus:non eſt:mihi dubia de tua ſalute ſnīa : de
illis autem non arbitror te expectare quid ſentiam.

eſt quin cogitet de altero.ſ. Cæſare.ſ. quin inſolēter ſit uſurus uictoria:cū ſit metuēdus iratus eo ꝙ eſt iratus
ob negatū triūphū/& imperii ꝓrogationē:uictor.i.ſi fuerit uictor eo ꝙ uictoria inſolētiores facere ſolet:ar/
matus.i.cum ſit uicturus ui armorū preditus.Si ego uideor augere dolorem tuū hoc loco.i. dicto huius loci:
quē.ſ.dolorē debebā aut debeā leuare.i.minuere.fateor me nullā.i non ullā:non inuenire ullam conſolatio/
nem maloꝝ cōium.i.reip.preter illā:quā dicet:q̄ tamē eſt maxima:ſi poſſis ſuſcipere.i.in uſum tuū cōuertere
eā:& q̄ ego utor quotidie magis:uidelicet:cōſcientiā uolūtatis rectæ:eſſe maximā cōſolationē rerū incōmoda
rum.i.nociuarū:hoc eſt:ſiqs ſibi cōſcius ſit ꝙ ad mala q̄ euenerunt nō prebuerit cōſenſum:nec ullū malū eſſe
magnū preter culpā.i.ſi nō adſit culpa:de qua.ſ.culpa:qn̄.i.qm̄:nos abſumus tantū/ut ēt ſenſerimus optime/
qa pacē qualēcūq; potius q̄ bellum ſuſcipiendū/& euentus conſilii noſtri:quo: duximus Cæſari reſiſtendum.
reprehendat magis q̄ cōſiliū.ſ.noſtrū:qa licet male euenit/bene tn̄ cōſuluimus unde Sappho Ouidiana ægre
ferens conſiliū ſuū damnari ab illis qui dicunt:Exitus acta probat:addit:careat ſucceſſibus opto.Quiſquis ab
euētu facta notanda putat.Et qn̄.i.quoniā preſtitimus.i.exhibuimus & effecimus qđ debuimus feramus.i.pa
Sumere ſi/bi. tiamur/moderate.i.tēperato animo id ſup.qđ euenit:licet malū ſit.Sed tamen ego nō ſumo.i.non attribuo&
arrogo mihi:unde rectius dicatur uir ſibi multa ſumēs q̄ uir ꝓſumptuoſus:ut uulgo dicūt hoc ut cōſoler te de
miſeriis cōibus:q.ſ.miſeriæ cōes indigent maioris ingenii ſup.q̄ meū ſit:ad conſolandū.i.ut cōſolent paſſiue
hoc eſt ut de eis cōſolemur:& indigent ſingularis uirtutis ad ferendum.i.ut ferantur . Facile eſt cuiuis.i.cuili
bet:docere

bet:docere illud cur tu nihil debeas dolere precipue.i. præter cæteros. Enim.i.quia ſentētia de tua ſalute:eius
ſ.Cæſaris qui fuit tardior in leuādo te.ſ.ab exſilio aut timore:q̄ putaremus fore.i.futurum eſſe:non eſt dubia
mihi:hoc eſt:eſt mihi perſpecta:ſcio enim ꝙ te ſaluū eſſe cupit: aūt.i.ſed : nō arbitror te expectare quid ſentiā
de illis.ſcilicet Pompeianis:ſi forte uicerint:quia omnes ſciunt te Pompeio ſemper fauiſſe.

Reliquū eſt ut te angat:ꝙ abſis a tuis tandiu: res mo/
leſta ab iis preſertim pueris qbus nihil pōt eſſe feſtiuiꝰ
Sed ut antea ad te ſcripſi tp̄s eſt hmōi:ut ſuā qſq; cōdi
tionē miſerrimā putet & ubi qſq; ſit:ibi eſſe minime ue
lit.Eqdē nos:ꝙ Romæ ſumus:miſerrimum eſſe duco:
nō ſolum ꝙ in oībus malis acerbius eſt uidere/q̄ audi
re/ſed ēt ꝙ ad oēis caſus ſubitorum periculorum ma:
gis obiecti ſumus:q̄ ſi abeſſemus.Et ſi meipſum cōſo/
latorē tuū:nō tantū literæ qbus ſemp ſtudui: quātum
lōginqtas tpis mitigauit:quāto fuerim dolore memi
niſti.In quo pría illa conſolatio eſt:uidiſſe me prius q̄
cæteri:cum cupiebam q̄uis iniqua conditiōe pacē . qđ
etſi caſu non diuinatiōe mea factū eſt tn̄ hac inani pru
dentiæ laude delector:Deinde qđ mihi ad cōſolatio/
nem cōe tecū eſt:ſi iam uocer ad exitū uitæ non ab eā
repub.auellar:q̄ carendū eſſe doleam/præſertim cum
id ſine ullo ſenſu futurum ſit.Adiuuat me ætas & acta
iam uita:q̄ cum curſu ſuo bene confecto delectatur:tū
uetat in eo uim timere:quo nos iam natura ipſa pene
perduxerit: Poſtremo is uel etiam:ii uiri hoc bello oc/
ciderunt:ut impudentia uideatur eandem fortunam
ſic: res cogat:recuſare.Equidem mihi omnia propo/
no uel ullum eſt tantum malum.quod non putem im
pendere:ſed cum plus in mutuendo mali ſit:q̄ in illo
ipſo:quod timetur:deſino:præſertim cum id impen/
deat in quo nō mō dolor nullus uerū finis ēt doloris
futurus ſit: Sed hæc ſatis multa:uel plura potius q̄ næ
ceſſe fuit:facit aūt nō loq̄citas mea:ſed bn̄uolētia lon
giores epl'as. Seruiū diſceſſiſſe Athēis moleſte tuli:nō
em̄ dubito:qn magnæ tibi leuatiōi ſit ſolitus eē quoti
dianus cōgreſſus & ſermo tū familiariſſimi hoīs tū op
timi:& prudētiſſimi uiri/Tu uelim te:ut debes & ſoles
tua uirtute ſuſtētes.Ego q̄ te uelle q̄q; ad te&ad tuos ꝑ
tinere arbitrabor:oīa ſtudioſe diligēterq; curabo:que
cum faciam beneuolentiam tuam erga me imitabor:
merita non aſſequar. Vale.

Reliquū eſt.i.id ſolum reſtat ut ꝙ abſis tā/
diu a tuis:angat.i.cruciet & torqueat te:ap/
poſitorie res moleſta.i.qđ eſt res moleſta:ꝓ
ſertim ſup.abeſſe:ab iis pueris.i.filiis/qbus
nihil poteſt eſſe feſtiuius.i.lætius & læpidiꝰ:
Sed:ut ſcripſi antea ad te:tp̄s eſt hmōi.i. ta/
le:ut quiſq; putet cōditionē ſuam.i.ſtatū ui/
tæ ſuæ/miſerrimā:& ut qſq; minime.i.neq̄/
q̄ uelit eſſe ibi:ubi ſit.Equidem.i./ego quidē
hoc eſt certe:duco.i.exiſtimo : miſerrimū.i.
rem miſerrimā eſſe ꝙ ſumus Romæ:nō ſo/
lum ꝙ.i.qa in oībus malis acerbius eſt uide/
re ſup.ea q̄ audire:ſed ēt ꝙ nos q Romæ ſu/
mus ſumus magis obiecti ad oēs caſus peri
culorum ſubitorū q̄ ſi abeſſemus.Etſi literæ
i.ſciētiæ philoſophicæ literis cōmendatæ:q
bus ſtudui.i operā diligentē dedi ſemp.non
ſup.mitigauerunt:tantū.i. intantū aut tāto
pere:me ipſum cōſolatorē tuū Valla diceret
tui niſi quodāmō poſſeſſio importetur: quā
tum longinquitas.i.ꝓlixitas tpis mitigauit
meipm &c.tu meminiſti.i. memoria tenes :
ſup.in quāto dolore:fuerim in quo ſcilicet
dolore illa eſt prima conſolatio : me uidiſſe Me q̄ cæte/
prius q̄ cæteri ſup.uiderint: Aliter diceret q̄ ri.
cæteros:cū cupiebā pacē cōditione q̄uis.i.q̄
tumuis iniqua.ſup.id qđ etſi.i. q̄q̄ factum ē
caſu.i.alea belli:nō diuinatiōe mea : hoc eſt
Cæſarē uictorē fore:tamē ego delector hac
inani.i.friuola laude prudentiæ i. ꝓuidētiæ
ꝙ ita fore ꝓuidebā.Deīde ſup.cōſolatur me:
aut mihi conſolationi eſt:id qđ eſt mihi cōe
tecū ad cōſolationē:uidelicet ꝙ ſi ego uocer
iam ad exitum uitæ.i.ad mortē:ego nō auel
lar.i.abſtrahar inuitus ab ea ideſt eiuſmodi
rep.qua.i.cuiuſmodi doleā carendū eſſe.i.ꝙ
carere debeam:præſertim cum id ſit futurū
ſine ullo ſenſu:Videt iterū Epicurice loqui Epicurei
forte ꝙ Torquatus eius ſectæ erat.Epicurei paradoxa.
enim dictitabant oēm ſenſum hoīs in mor/
te perire.Nam Epicurus impie iactitabat ſe
genus humanum liberaſſe duobus maximis
malis:timore.ſ.deorū in uita:cū doceret de
os nō curare mortalia:& cruciatū poſt hanc
uitā:cū doceret aīos cū corporibꝰ īterituros
more pecuino:Aetas.ſ. ſenilis adiuuat me:
&uita iam acta.i.ꝯſummata fere:q.ſ.uita cū
ſ.ita ſit/ꝙ delectatur.curſu ſuo cōfecto.i.cō
ſummato:bene.i.decenter:tam.i. multoma
gis/uetat timere uim in eo.i. in morte : quo
i.ad quā ipſa natura perduxerit iā pene nos.
Poſtremo.i.ultio loco me cōſolet ꝙ/is ſup.

ſ.Pompeius occidit.i.occubuit:uel ēt ii.i.tales uiri occiderūt.i.cæſi & mortui ſunt hoc bello.ſ.ciuili ut impru/
dentia uideatur:uel ut uideat imprudentiæ recuſare eandē fortunā quā illi paſſi ſunt:ſi res cogat.Equidem.i.

ego quidẽ ꝓpono mihi oĩa.s.mala obeũda/nec ullũ malũ est/qđ non putẽ ĩpedere.i.in perniciẽ meã ĩminere sed cũ plus mali sit in metuendo.s.in metu mortis:q̃ in illo ipso qđ timet/hoc est q̃ in morte ipsa:desino sup. metuere/presertim.i.precipue/cũ id impendeat.i.imineat:uidelicet interitus:in quo nõ mõ.i.non solũ nullus dolor sit futurus:uerũ ẽt.i.insuper finis doloris sit futurus.Sed hæc sup.sunt satis multa/uel fortasse plura q̃ fuit:necesse:autẽ.i.sed non loquacitas mea.i.auiditas loquendi:sed beneuolẽtia mea facit epistolas longiores s.q̃ alioqui essent.Ego tuli moleste/Seruium.s.Sulpitium/discessisse Athenis:nõ enim dubito quin solitus sit esse tibi magnæ leuationi.s.de miseriis animi:congressus & sermo quotidianus tum.i.simul:hominis familiarissimi.s.tibi:tum.i.simul.uiri optimi & prudentissimi.Velim sup.ut tu sustentes te tua uirtute:ut debes& ut soles.Ego curabo studioseq̃;ꝑ.i.& diligẽter:oĩa q̃ arbitrabor te uelle:quæq̃.i.& q̃ arbitrabor/pertinere ad te & ad tuos:que.s.oĩa cum faciam imitabor beneuolentiam tuam erga me:non assequar.i.nõ equiparabo:merita.s.tua:erga me:conferendo.s.paria in te:quia id non potero. Vale.

Quotiescunq̃.Aulus Cæcinna Põpeianæ factionis uir insignis scribẽdo tẽporis sui gesta laudauerat Pompeianos & carpserat Cæsarem: quamobrem Cæsar ei urbe interdixerat: cuius cũ desiderio angeret̃ cõsolat̃ eũ Cicero dicẽs.Quotiescũq̃;uideo filiũ tuũ:uideo aũt fere.i.quasi q̃tidie:sup.toties polliceor ei quidẽ.i.certe studium meũ & operam/sine ulla exceptõe aut laboris/aut occupationis aut tpis:autẽ.i.sed ego polliceor ei gratiam atq̃; authoritatem sup.meã apud Cæsarẽ.s.eũ hac exceptiõe.i.cum hac clausula exceptiua aut restrictiua: quãtum ualeã quantũq̃;.i.& quãtum possim.Liber tuus.s.de gestis tui temporis: & idest simul: lectus est:& legitur a me diligenter: & custodit̃ diligentissime.Res.i.negocia.& fortũæ.i.diuitiæ tuæ:sunt mihi maximæ curæ:quæ.s.res & fortunæ qdem.i.certe:uidentur mihi quotidie faciliores &meliores : faciliores quidem res.i.negocia : meliores autẽ fortũæ:& ego uideo.i.animaduerto sup.res & fortũas tuas esse multis magnæ curæ. De quorũ studio:scio certo filiũ.s.tuũ:perscripsisse.i.cõplete scripsisse ad te:&de spe sua.s.quã habet de restõne tui.Autẽ.i.sed:ego nõ sumo.i.attribuo aut arrogo mihi ut ipse.i.ego pspiciã plus de his reb⁹:quas possumus cõsequi.i.intelligere futuras.coniectura.i.p cõiecturam:plus inquã:q̃ persuaserim mihi te uidere atq̃; intelligere.Sed ramẽ/quia fieri põt/ut tu cogites ea/aĩo pturbatiore.s.q̃ ego:puto esse meũ.i.mei officii:exponere.i.declarare tibi quid sentiã.Ea natura rerũ & is cursus temporũ est:ut ista.s.aduersa fortuna:non possit esse diuturna/aut tibi aut cæteris:neq̃; tam acerba iniuria ut ẽ exsulare a patria:sup.possit/herere.i.firmiter inesse in tam bona cã:& in tam bonis ciuibus.Quare tua sup.ornamẽta pcipua.i.peculiaria:ppter eximiũ ingeniũ summãq̃; uirtutẽ sup.tuam: cui me hercule.s.ita iudicante: ut ex aĩo loquor:hic.s.Cæsar in cuius ptãte nos sumus tribuit multũ:accedũt.i.addunt̃: ad eã spem quã habemus de te ipso extra ordinẽ.i.singulariter:non solũ.i.nedũ propter dignitatem & uirtutẽ tuã:hæc eñi ornamenta.s.di/

M.Cicero.A.Cæcinnæ.S.D.

Quotiescũq̃; filiũ tuũ uideo: uideo autẽ fere quotidie : polliceor ei studiũ quidẽ meum & operã sine ulla exceptiõe aut laboris/aut occupationis/aut tpis:gratiã autẽ:atq̃; authoritatẽ cũ hac exceptiõe quãtũ ualeã quãtũq̃; possim. Liber tuus & lectus est:& legit̃ a me diligenter & custodit̃ diligẽtissime.Res & fortunæ tuæ mihi maxime curæ sunt:q̃ qdem quotidie faciliores mihi & meliores uidentur: multisq̃; uideo magnæ esse curæ:quorum de studio & de sua spe filiũ ad te perscripsisse certo scio.His aũt de rebus quas coniectura cõsequi possumus : nõ mihi sumo:ut plus ipse pspiciam q̃ te uidere : atq̃; intelligere mihi persuaserim.Sed tñ quia fieri põt:ut tu ea perturbatiore aĩo cogites:puto esse meũ:quid sentiam exponere.Ea natura rerũ est:& is cursus tẽporum ut nõ possit ista aut tibi:aut cæteris fortuna esse diuturna : neq̃; hærere in tam bona cã/& in tam bonis ciuibus tã acerba iniuria.Quare ad eã spem:quã extra ordinem de te ipso habemus nõ solũ pp dignitatẽ:& uirtutẽ tuã:hæc enim ornamẽta sunt tibi ẽt cũ aliis cõia: accedunt tua pcipua pp eximiũ ingeniũ:summãq̃; uirtutem:cui me hercule hic:cuius in ptãte sumus: multũ tribuit . Itaq̃; ne punctũ qdẽ tpis in ista fortuna fuisses : nisi eoipso bono tuo quo delectatur:se uiolatũ putasset qđ ipsum lenitur quotidie:significaturq̃; nobis ab iis q̃ simul cũ eo uiuunt tibi hanc ipsam opinionẽ ingenii apud ipm plurimũ ꝓfuturã.Quapropter primũ fac aĩo forti:atq̃; magno sis:ita enim natus: ita educat⁹ ita doctus es ita ẽt cognitus.ut tibi id faciẽdũ sit:deinde spem quoq̃; habeas firmissimã pp eas cãs:q̃s scripsi:a me uero tibi oĩa liberisq̃; tuis paratissima eẽ cõfidas uelim:id eñi

& uetustas nostri amoris:& mea consuetudo in meos: & tua multa erga me officia postulant. Vale.

gnitas & uirtus:sunt tibi cõia ẽt cum multis: Itaq̃;.i.& ita:quia Cæsar tibi tantum tribuit fuisses nequidẽ.i.non saltem punctũ.i.minimam partem tẽporis in ista.s.aduersa fortuna.nisi.s.Cæsar putasset se uiolatũ eo ipso bono tuo.s.eximio ingenio in scribenda historia: quo delectat̃:qđ s.se uiolatum putare ingẽio tuo: lenitur.i.minuitur quotidie:& significat̃ nobis ab iis qui uiuũt sil̃ cum eo.s.Cæsare hanc ipsam opinionem ingenii profuturã:sup.tibi plurimũ apud ipsum.s.Cæsarẽ. Quapropter fac primũ sup.ut sis animo forti atq̃; magno.Enim.i.quia:tu es:natus ita:educatus ita: doctus ita : & cognitus etiã ita:ut id sit faciendum tibi.i.ut te deceat ita facere:hoc est forti & magno animo esse.Deinde sup.fac ut:habeas quoq̃;.i.ẽt spem firmissimã ꝑpter eas causas quas scripsi.Vero.i.sed:aut ꝑ uero:uelim sup.ut: confidas omnia paratissima esse tibi & liberis tuis a me.Enim.i.qa:&.i.sil̃:uetustas amoris nostri:&consuetudo mea in.i.erga meos:& multa officia tua erga me:postulant id.s.ut mea oĩa sint tibi tuisq̃; liberis paratissima. Vale.

M.Cicero.A.Cæcinne.S.

Uereor ne desyderes officiũ meũ:quod tibi ꝑ nostra & meritorũ multorum: & studiorũ: & ptium cõiunctiõe deesse nõ debet : sed tñ uereor:ne literarũ a me officiũ requiras quas tibi etiã pridẽ Esedi misissem: nisi quotidie melius expectans gratulationẽ/q̃ cõfirmationẽ animi tui cõplecti literis maluissem:nũc:ut spero:breui gratulabimur : itaq̃; in aliud tps argumẽtum epl̃e differret̃.His aũt literis animum tuũ:quẽ minime imbecillẽ esse & audio : & spero:& si non sapientissimi:aut amicissimi hoĩs authoritate cõfirmandũ ẽt atq̃; ẽt puto.Nec iis qdem uerbis:q̃bus te consoler ut afflictũ:& iam oĩ spe salutis orbatũ sed ut eũ de cuius in columitate non plus dubitẽ : q̃ te memini dubitare de mea.Nam cũ me ex rep. expulissent ii q illã cadere posse stante me nõ putarũt : meminime ex multis hospitibus:qui ad me ex Asia ĩ qua tu eras uenerãt audire te glorioso & celeri reditu meo cõfirmare.Si te rõ quedã uetustæ disciplinæ:quã a patre nobilissimo atq̃; optimo uiro acceperas non fefellit: nec nos quidẽ nostra diuinatio fallet:quãtũ sapientissimorum uirorũ monimentis:atq̃; præceptis:plurimo q̃:ut tu scis:doctrinæ studio.tum magno ẽt usu tractãdæ reip.magnaq̃; nostrorum tẽporũ uarietate consecuti sumus.Cui quidẽ diuinatiõi hoc plus cõfidimus: ꝙ ea nos nihil in his tam obscuris rebus: tanq̃; pturbatis oĩno unq̃ fefellit.Dicerem q̃ antea futura dixissem ni uererer ne ex euẽtis fingere uiderer . Sed tñ plurimi sunt testes me & initio ne cõiungeret se cũ Cæsare monuisse Põpeium:& postea ne seiungeret coniunctione fungi senatus opes : disiũctiõe ciuile bellũ excitari uidebã.At q utebat familiarissime Cæsare Põpeiũ facie/

mode perseq possint: & quẽadmodũ actũ sit: & q̃ existimatio consecuta: quæq̃ de eo spes est: diligẽter tibi perscribemus. Vt nũc est: nulla magnope expectatio est. Nã & illi rumores de comitiis transpadanoꝝ Cumarũ tenus caluerũt. Romã cum uenissem: ne tenuẽ quidẽ auditiõem de ea re accœpi. Præterea Marcellus qdem adhuc nihil retulit de successione ꝓuintiarum Galliarũ: & in kalẽ. Iun. ut mihi ipse dixit: eã distulit relationẽ: qui sane meos sermones exp̃sit de eo tũ fuerant cũ Romæ nos essemus. Tu si Põpeiũ: ut uolebas offendisti: qui tibi uisus sit: & quã oratiõem habuerit tecũ: quãq̃ ostenderit uoluntatẽ. (Solet em̃ aliud sentire: & loq̃. Neq̃ tantũ ualere ingenio ut nõ appareat quid cupiat) fac mihi perscribas. Quod ad Cæsarẽ crebri: & nõ belli de eo rumores: sed susurrationes dũtaxat ueniũt: alius eqtem ꝓdidisse: quod opinor certe factum esse: alius septimã legionẽ uapulasse: ipm apud Beluaços circũsederi intercluſum ab reliquo exercitu neq̃ adhuc certi quicq̃ est: neq̃ hec incerta: tamẽ uulgo iactant̃. Sed iter paucos: quos tu nosti plane secreto narrant̃. At Domitius: cũ manus ad os apposuit. Te ad .ix. kal̃. Iun. subrostrarii: qd̃ illoꝝ capiti sit dissiparant piisse: ita ut in urbe: ac foro toto maximus rumor fuerit: atq̃ Põpeium in itinere occisum: ego q̃ scirem Qu. Pompeiũ Bauli scœnobaticã facere: & usq̃ eo: ut ego misererer eius esuriei: non sum cõmotus: & hoc mendacio: si qua pericula tibi impẽderent: ut defungeremur optaui. Plãcus quidem tuus Rauẽnæ est magno congiario donatus a Cæsare: nec beatus: nec bene instructus est: tui politici libri oĩbus uigẽt. Vale.

a Cæsare magno congiario: idest munere ut a principe & Imperatore in eum collato: nec beatus est nec benẽ instructus Libri tui politici: idest quos de rep. & politia scripsisti uigent omnibus: idest omnibus eos legẽtibus sunt in uigore: hoc est placent & tractantur. Vale.

Cælius Ciceroni Salutem dicit.

Erte inquã absolutus est. me repsentante ꝓnunciatum est: & quidẽ omnibus ordinibus sed & singulis in uno quoq̃ genere sentẽtiis. Vide modo inqs. Nõ me hercule nihil em̃ tã ꝑter opinionem: tam qd̃ uideret̃ oĩbus indignũ accidit. Quin ego cũ pro amicitia ualidissime fauerẽ ei: & me ad dolendum ꝑparassem: postq̃ factũ est: obstupui: & mihi uisus sum captus esse. Quid alios putas? clamoribus maximis iudices corripuerũt: & ostẽderunt plane eẽ: quod ferri nõ posset. Itaq̃ relictus lege Licinia maiore esse periculo uidet̃. Accessit huc q̃ postridie eius absolutionis in theatrum Curionis Hortensius introiit: puto ut suũ gaudium gauderemus. Hic tibi strepitus/fremitus/clamor/tonitruum: & rudẽtum sibilus: hoc magis animaduersum est: q̃ intactus a sibilo peruenerat Hortensius ad senectutem. Sed tot bene: ut in totam uitam quãuis satis esset: & pœniteret eum iam uicisse. De rep. qd̃ tibi scribã nihil habeo. Marcelli impetus resederũt: non inertia: sed (ut mihi uidebat̃) consilio. De comitiis: cõsularibus incertissima est existimatio. Ego incidi in cõpetitorẽ nobilẽ: & ignobilem egẽtem. Nã. M. Octauius Cn. filius/&. C. Hirrus mecũ petit. Hoc ideo scripsi q̃ scio te acriter ꝓpter Hirrum nuncium nostrorum comitiorũ expectaturum. Tu tamen simul ac me designatũ audieris: ut tibi curæ sit: qd̃ ad Pantheras attinet Syngraphã Sictianã tibi cõmẽdo. Cõmentarium rerũ urbanarum primũ dedi. L. Castrinio Præto: secundũ ei: qui has literas tibi reddet. Vale.

Certe inquã. Scripserat Cicero se mirari quẽdam utriq̃ notũ absolutũ: unde confirmãs id dicit Cælius. Certe inquã absolutus est: Pronunciatũ est .s. iudicium de eius absolutione me præsentãte.i.exhibẽte reum: aut supplicationẽ: & quidem sup.absolutus est: omnibus ordinibus.i. ab iudicibus oĩs ordinis: sed &.i.etiã singulis sententiis in unoquoq̃ genere.s. iudicũ. Vide modo inquis.s.an ne quid utrũ uerũ addas: aut quid simile. Responsio: nõ me hercule sup. quicq̃ addo aut mẽtior: nihil em̃ accidit unq̃ tam præter opinionẽ & quod uideret̃ oĩbus tã indignũ. Hec est uera lectio quã non intelligentes: credebant deesse uerba: q̃ alii suppoſuerũt sic: uide mõ inqs mihi lr̃is ostẽdens me isto missurũ alios: alii sic uide modo inqs &c habẽtq̃ ante hanc epl̃as octo: q̃s alii postponũt. Quin.i.qnetiã ego cũ fauerem ei ualidissime ꝓ amicitia.s. nr̃a: & ꝓparassem me ad dolendũ.s.de cõdẽnatiõe eius obstupui.s.de eius absolutiõe: & uisus sũ mihi esse captus.i.priuatus sensu aut ĩtellectu ꝑ stupore. Quid putas alios sup.fecisse? Responsio: alii sup.corripuerũt.i. repḣẽderũt iudices maximis clamoribus: & ostẽderunt plane eẽ.s.iudicatũ aut iudiciũ: aut facinus: qd̃ nõ posset ferri.i.tolerari æquis aĩs. Itaq̃ sup.absolutus illo iudicio: relictus.s.a iudicibus uidet̃ esse maiore piculo: lege Licinia ꝓ qua cõtra sniam ppli absoluti iterũ in iudiciũ uocabant̃. Accessit huc.i.ad hanc rẽ: q̃ Hortẽsius.s.orator insignis q̃ absolutũ defenderat: ĩtroiit postridie eius absolutiõis.i. die q̃ ꝓxime absolutionẽ eius secutus est: in theatrũ Curionis: puto sup. ĩtroiisse ut gauderemus gaudiũ suũ .i. ut sibi gr̃ularemur Sic & comicus in andria locutus est. Nullũ est em̃ uerbũ q̃ non regat actũ ꝓportiõabilis significatiõis: ut gaudeo gaudiũ: eo iter, curro cursum: uiuo uitã miserã &c. Hic sup, factus & factũ est: tibi: uacat tibi: qd̃ tamẽ ex more loquẽdi apte additũ est: quo modo dicimus: hic mihi semper dormit &c. strepitus.s.pedũ: fremitus.s.oris/clamor/tonitruũ.i.tantus sonus ex reflexione uocũ in theatro ut tonitruũ putetur: & sibilus rudentũ.i.more asinoꝝ obstrepentium. Hoc animaduersum.i.annotatũ est a populo magis q̃ hortensius peruenerat ad senectutẽ: idest senex factus erat: intactus a sibilo: idest nunq̃ adhuc explosus exibilatus aut irrisus ob turpem aut iniquam actionem. Sed sup. egerat tot bene.i.decenter: ut satis esset.s.ei laudis: in totam uitã q̃uis.i.quãtũuis sup.longã: & pœniteret eũ uicisse iam s.in causa illius rei inique absoluti: qa nisi uicisset sibilum passus nõ esset. Nihil habeo de repu. quod scribam tibi. Aut si est quid legi sit. Quid scribã tibi de rep? nihil habeo Impetus Marcelli resederũt.i.sedati sunt: nõ inertia.s.Marcelli: sed consilio/ut uidebat̃ mihi. Existimatio.i.diiudicatio de comitiis cõsularibus.s.habendis est incertissima. Ego incidi in cõpetitorem.s.ædilitatis mecũ: nobilẽ: qa egentẽ. alii legũt & nobilem agentẽ.i.præ se ferentẽ. Nã Marcus Octauius filius Cnæi: & Caius Hirrus/petit mecum.s.ædilitatẽ. Ego scripsi hoc ideo q̃ scio te expectaturũ acriter ꝓpter Hirrum: nũcium comitiorum nostroꝝ.s.ædilitiorum. Tu tamen simul ac.i.eodẽ tempore quo: aut statim postq̃ audieris me designatũ.s.ædilẽ: fac sup.alii hũt rogo: sed

ſic diceretur te:niſi græco more quē comici ſequũtur proximo dederit qđ ſequẽtis eſt:dicũt eñ:me ſcis quid uelim:pro eo qđ eſt:ſcio quid ego uelim. Hoc autem loco:qa Cælius multa ſubaudire ſolet:credã uerbũ omiſſum:ut curæ ſit tibi ſup.id qđ attinet ad Pãtheras.ſ.in Cilicia capiẽdas & ad ædilitatis Põpã Cælio mittẽdas:de qbus lib.ii.ſæpe meminit Cicero. Ego cõmẽdo tibi:ut.ſ.abſoluas ſyngraphã Sictianã.i.quã Sictius ad te afferet:petiturus pecuniã:uulgus bulletã aut cædulã obligatoriã uocat:ut lib.vii.ĩ epl'is ad Trebatiũ patuit. Ego dedi primũ cõmẽtariũ rerũ urbanarũ Lucio Caſtrinio Pæto:Scđm ſup.dedi ei qui reddet tibi has lr̃as. Vale.

Cælius Ciceroni Salutem.D.

Est ne?uici:& tibi ſæpe:qđ negaras diſcedẽs curaturũ:literas mitto:eſt ſiqdẽ pferunẗ q̃s do. Atq; hoc eo diligẽtius facio ꝙ cũ ocioſus ſum:plane ubi delectẽ ociũ meũ nõ habeo. Tu cũ Romæ eras hoc mihi certũ ac iucũdiſſimum uacanti negociũ erat tecum id ocii tẽpus cõſumere/idq; nõ mediocriter deſydero:ut nõ modo mihi ſolus eſſe:ſed Romæ te pfecto ſolitudo uideaẗ facta:&qui(q̃ mea negligẽtia eſt) multo ſæpe dies ad te:cũ hic eras non accedebã : nũc quotidie non eſſe te:ad quem curſitẽ:diſcrutior. Maxime uero : ut te dies noctesq; q̃ram : cõpetitor Hirrus curat. Quõ illum putas auguratus tuum competitorem dolere:& diſſimulare me certiorem ꝙ̃ ſe Candidatum ẽ de quo:ut quem optas ꝙ̃primum : nuncium accipias tua mediusfidius magis ꝙ̃ mea cauſa cupio.

Est ne?Cæliꝰ geſtit& pene exſultat ex uoto ſuo ut cõſtituerat eueniſſe & ſe uiciſſe. Cicero eñ abiẽs dixerat &q̃ſi ſpõſionẽ fecerat & depoſuerat nõ nihil : Cæliũ ad ſe abſentẽ non daturũ lr̃as:qđ cũ Cælius curaſſet faciẽdũ:ſe uiciſſe geſtit : & cãm affert cur diligẽtius ſcribat uidelicet ꝙ aliud non hẽat quo ociũ ſuũ oblectet. Nã cum Cicero romæ eẽt iterdũ negligebat uti eius ꝯſuetudine:q̃ nũc uti uelit:demũ nõnihil de cõpetitore Hirri locutus/monet ciceronẽ ut ad ſe ſcribat. Ordo ẽ. Eſt ne?i.euenit ne ut dixerã hoc ẽ ſcribo ne ad te.q.d.planiſſime : uñ addit:uici:& p.i.mitto lr̃as tibi:qđ tu diſcedẽs ſup.me curaturũ.rñdet aũt ipẽ ad iterrogatũ illud:eſt ne?dicẽs. Eſt.i.euenit ut dixerã: qdẽ.i.certe:ſi ſup.lr̃æ q̃s do.i. mitto ad te:pferunẗ. Atq; facio hoc.i.curo ad te lr̃as dandas:eo.i.ppea libẽtius:ꝙ cũ.i.qñ ſum ocioſus nõ hẽo plane.i.oĩno ubi delectẽ.i. cũ delectatiõe trãſigã ociũ meũ. Cũ.i.qñ : tu eras romæ:hoc negociũ erat mihi uacãti.ſ. a cæteris negociis:certũ ac iucundiſſimũ:uidel; ꝯſumere tecũ id tp̃s ocii.i.uacatiõis a publico pſertim negocio:& deſydero nõ mediocriter:imo uehemẽter:id:uidelicet ꝯſumere ociũ tecũ:ita ſup.ut nõ mõ.i.nõ ſolũ:ſup.uidear mi hi eſſe ſolus:ſed ſolitudo uideaẗ eſſe facta Romæ te pfecto.i. poſtq̃ tu es pfectus & diſceſſiſti Romæ.q.d.qa tecũ nõ ſum:ſolus mihi eẽ uideor:& eſt adamãter dictũ. Et q:q̃ negligẽtia mea eſt: nõ accedebã ad te:ſæpe mltos dies.i.p ſpatiũ multoꝝ dierũ:cũ eras hic.i.ubi nũc ſum:hoc ẽ Romæ:diſcrucior i.uariis tormẽtis aĩ & q̃ſi crucibus qbuſdã torq̃or:nũc q̃tidie/te nõ eſſe.ſ.romæ.i.non adeſſe/ad quẽ curſitẽ.i. freq̃nter currã. Id autẽ frequẽter uſu uenit:ut dũ copiã rerũ habemus eas contẽnemus:q̃s eis carẽtes deſyderamus poſtea. Vero.i.ſed:Hirrus cõpetitor.ſ.ædilitatis mecũ:curat.i.efficit etiã ſi nõ curet:maxime.i.pcipue:ut q̃ram te dies & noctes. Quomodo putas illũ.ſ.temerariũ & inſanũ competitorẽ tuũ auguratus.i.qui auſus eſt tecũ petere auguratũ:uidelicet Hirrum:dolere/& diſſimulare.q.d.ægerrime licet plurimũ conetur : me candidatum.i.deſignatum futurum ædilitatis cõpetitorem:accepto candido habitu : quem accipiebat præcipue duabus de cauſis:altera ut candido animo & e repub.petere indicarẽt:altera ut non ex meritis ſuis:que in ueſtibus inſignibus conſpici poterant:ſed ex mero populi dono ſperare profiterẽtur. De quo:ſcilicet Hirro:ut accipias nuncium ſup.eum:ideſt talẽ:quem.i.qualem optas:hoc eſt eum eſſe a me uictum:ego cupio mediusfidius magis tua cauſa q̃ mea.q.d.ſcio te magis gauiſurum q̃ meipſum.

Nã mea ſi fio forſitan cũ locupletiore re ferã. Sed hoc uſq;eo ſuaue eſt:quod ſi acciderit tota uita riſus nobis deeſſe nõ poterit:ſed tanti. Sed me hercule nõ multũ M. Octauius eorum odia:qui Hirrum pmunt quæ per multa ſunt:ſubleuat. Quod ad philotimi liberti officium & bona Milonis attinet:dedimus operam:ut & Philotimus ꝙ̃ honeſtiſſime Miloni abſenti : eiuſq; næceſſariis ſatiſfaceret:& ſecũdũ eius fidem/&ſedulitatẽ exiſtimatio tua cõſeruareẗ. Illud nũc a te peto ſi eris ut ſpero

Nã:affert cãm dicti ſupioris q̃ ſane obſcura eſt dicẽs:ſi forſitã fio.ſ.ædilis:mea.ſ.cã.i. quãtũ ex ea re utilitatis capiã:ego ferã.ſ.utilitatem cum re locupletiore.i. abũdantiore utilitate/aut ſi referã una eſt dictio ſic. referã.i.recẽſebo & cõmemorabo forſitã cũ locupletiore i.tecũ q plus cõmodi ex ea re capies q̃ ego:eo ꝙ ultꝰ fueris etiã inimicũ tuũ in petitiõe auguratus. Sed hoc.ſ.uiciſſe Hirrũ ẽ ſuaue.i.delectabile:uſq;eo.i.ualde : qđ ſi acciderit:riſus.i.occaſio ridẽdi:nõ poterit deeſſe nobis:tota uita.i.p totã uitã. Alii legũt poſſe:& ꝙ:ſic uſq;eo.i. in tãtũ : ꝙ ſi acciderit.ſ.Hirrum uinci:riſus non poſſit de-

ut ſpero:ocioſus aliquod ad nos : ut itelligamus nos tibi curæ eſſe : ſyntagma ſcribas. Qui tibi iſtuc inquis in mentem uenit homini non inepto : aliquid ex tam multis tuis monumentis extare : quod noſtræ amicitiæ memoriam poſteris quoq; prodat. Cuiuſmodi uelim puto quæris. Tu aptius:qui omnem noſti diſciplinam qđ maxime cõuenit excogitabis. Genere tamen quod & ad nos pertineat : & διδασκαλιαν quandam: ut uerſetur inter manus habeat. Vale.

eſſe nobis tota uita:ſed tãti ſup. fuerit riſus i.tãti momẽti ut ſemp ridere uelimus. Sed me hercule Marcus Octauius qui ẽt cõpetitor erat:& ita odio habẽdus : tñ non multũ ſubleuat.i.iminuit odia eoꝝ qui pmũt.i.opprimunt Hirrũ:q.ſ.odia ſunt pmulta:& tamen minus ſolet eſſe odiũ in aliquẽ ſi ſociũ habuerit culpæ:q̃ ſi ſolus peccauerit : parcitur eñ ſæpe multitudini. Quod attinet ad officiũ.i.debitũ obſequiũ Philotimi liberti ſ.tui:& ad bona Milonis.ſ.amici tui:qđ cõtra Clodiũ defenderat Cicero/nos dedimꝰ operã.i.curauimus:ut &.i.ſimul:Philotimꝰ ſatiſfaceret q̃honeſtiſſime.i. decentiſſime: Miloni abſenti& næceſſariis eius:&.i.ſimul/exiſtimatio tua.i.authoritas & reputatio.conſeruaretur ſecundũ fidem.i.fidelitatem & ſedulitatem/eius.ſ.Philotimi:hoc eſt ut fides quidẽ eius & ſedulitas agnoſceretur:ſed tamen totum officium tibi acceptum ferretur. Ego peto nunc illud a te:ſi eris:ut ſpero:ocioſus:ut ſcribas ad nos aliquod ſyntagma.i.aliquam ordinationem rerum & aliquod opus pceptorium:ut intelligamus nos eſſe tibi curæ. Inquis.i.ſcio ꝙ modo dicis:qui:i.quomodo iſtuc.i.iſta res:ut iſtud petas: uenit in mẽtem tibi homini non inepto. Reſpondet Cælius:uenit ſup.in mentem:aliquid ex tã multis monumẽtis tuis.ſ.literariis : hoc eſt ſcriptis tuis extare.i.ut aliquid extet:quod prodat.i.manifeſtet:quoq;.i.etiam poſteris.i. poſt nos uenturis hominibus:memoriã amicitiæ noſtræ. Puto ſup.ꝙ tu nunc/q̃ris:cuiuſmodi uelim ſup.ſcriptũ aut ſyntagma. Reſponſio:tu qui noſti omnem diſciplinam/excogitabis aptius ſup.id quod conuenit maxime ſup.nobis:tamen ſup.id habeat genere.i.in generali aut ſit in eo genere ſcribendi ut habeat ſup.illud aũt aliquid quod et i.ſimul pertineat ad nos/&.i.ſimul habeat quãdam didaſcalian.i.doctrinam:ut uerſetur inter manus i. ſit nobis tãq̃ enchiridion : nã libri ĩ qbus bonæ doctrinæ ꝯtinenẗ debẽt nobis aſſidui eẽ in manibus. Sane διδασκω didaſco diciẗ doceo:διδασκαλοσ magr̃ doctor:hypodidaſcalus ſubmagr̃:hoc eſt ſub alio docẽs. Didaſcalia doctrina. διδασκαλικοσ didaſcalicus pceptoris doctrinalis.didaſcalice liber doctrinã tradens &c. Vale. Didaſcalia διδασκαλικοσ.

Cælius Ciceroni.S.D.

Inuideo tibi ꝙ multa quotidie:q̃ mireris iſtoc pferunẗ:primũ illđ abſolutũ Meſſalã deide eũdẽ cõdẽnatũ. C. Marcellũ cõſulẽ factũ. M. Claudiũ a repulſa poſtulatũ a Gallis duobus. P. Dolobellam q̃ndecimuirũ factũ. Hoc tibi nõ iuideo:caruiſſe te pulcherrimo ſpectaculo:& Lẽtuli Suræ repulſi uultũ nõ uidiſſe. At q̃ ſpe.ꝙ̃ certa opiniõe deſcẽderat:ꝙ̃ ipõ diffidẽte Dolobella:& hercule niſi noſtri q̃ acutiꝰ uidiſſent.pene cõcedẽte aduerſario ſupaſſet. Illud te nõ arbitror miratũ. Seruiũ tribunũplæb.deſignatũ cõdẽnatũ cuius locũ. C. Curio petiit. Sane ꝙ̃ mltis icutit q eũ facilitatẽq; eius nõ norũt:magnũ metũ. Sed ut ſpo:& uolo:& ut et ſe fert ipẽ bono:& ſenatus mallet totus: ut nũc ẽ:hoc ſcaturit. Huius aũt uolũtatis initiũ&cã ẽ: ꝙ eũ nõ mediocriẗ Cæſar q ſolet iſirmoꝝ hoĩm amicitias ſibi qualibet ipenſa adiungere ualde contempſit.

Inuideo &c. Scripſerat Cicero mlta ad ſe afferri q̃ facta erant in urbe: quapropter nũc ſcribit Cælius ſe inuidere Ciceroni ꝙ tanta ad eũ deferrenẗ/narratq; multa quæ Romæ aut agebanẗ aut iam acta erant & non nihil de rebus Cæſaris & Põpeii. Et poſtremo petit a Cicerõe ut Pãtheras e puincia ſibi mittat:& ſe certiorẽ faciat qđ Aegyptii poſt mortẽ Ptolemæi regis agãt. Ordo eſt. Inuideo tibi:hoc ẽ puto te nimis fortunatũ:ꝙ multa quæ mireris:ſunt q legunt mirer:perferunẗ quotidie iſtoc pro iſtuc.i. in Ciliciã ubi tu es. Primũ illud ſup.perfertur aut perlatũ eſt:Meſſalã abſolutum.ſ. in iudicio:deinde eundem cõdẽnatum Caium Marcellũ factum ſup.eẽ : conſulẽ. Marcum Claudium ſeu Clodiũ:poſtulatum.i. in ius uocatum.a duobus Gallis.ſ. cognomento: a repulſa.i.poſt repulſam. Dolobellam factum quindeciñuirũ.i. unum in magiſtratu quindecimuirorum : ut erãt quibus libri ſybillini curæ erant. Ego non inuideo tibi hoc:ideſt in ea re fuiſti minus fœlix:qa fœlicibus inuidemus &non miſeris:te caruiſſe ſpectaculo pulcherrimo & nõ uidiſſe uultũ Lentuli Suræ repulſi.ſ.a q̃ndecimuiratu. At.i attñ q̃.i.o q̃li ſpe:q̃.i.o q̃tũ certa opiniõe:deſcẽderat ſup. ipſe in cãpũ Martiũ:locũ comitioꝝ & diſceptatiõis cũ Dolobella:q.d.cũ euidẽtiſſima ſpe:& certiſſima opiniõe uictoriæ:& q̃.i.q̃tum ipſo dolobella diffidente:q.d.plurimũ. Et hercule niſi noſtri.ſ.amici:uidiſſent qua.i.aliqua.ſ. parte:acutius:Lentulus ſup.ſuperaſſet:pene:ideſt quaſi aduerſario ſ.Dolobella:concedente.i. locum dante Ego arbitror te non miratum illud : Ergo in principio legendum eſt mireris non mirer : uidelicet Seruium

designatum.i.declaratum a populo tribunum/condẽnatum,ſ.a Cæſare:ut uero ſimile eſt.Cuius.ſ.Seruii con
demnati locum Caius Curio petiit.Et ſup.Curio qui orator fuit:& Cæſari primũ aduerſarius:deinde ſic ami
q̃ cus p̃ſertim pecunia corruptus ut pro eo occiſus ſit incutit ſane q̃multis.i.ualde multis: q̃ ſuperlatiuo ꝓſtrui
uult:ſed p̃cedentibus.oppido.ſane.per.poſitiuo:qui nõ norunt.i.nouerũt eum & facilitatẽ .ſ. ad ueniã dãdam
i.benignitatẽ eius:magnum metum.Sed ut ſpero & uolo:& ut et.i.ſimul:ipſe.ſ.Curio fert.ideſt.gerit ſe:bo/
no.i.in bono aut ad bonũ:& ſup.ſenatus totus mallet:hoc ſcaturit.i.pupullat in aures oĩum & diligat: ut nũc
eſt.Hubertinus legit bonos:quo modo nõ eſt legendum ſe:ſed ut ipſe fert bonos:ut cũq; legat obſcura eſt lo/
cutio:ſenſus autẽ uidetur.Licet multi metuerint tribunatum curionis:tamen ſicut p̃fert & ſenatus mallet eũ
eſſe ita fama diuulgatur ipſum fore.Autem.i.ſed:initium & cauſa uolũtatis huius.ſ nouæ a Curione acceptæ
eſt q; Cæſar qui ſolet adiungere ualde ſibi qualibet.i.quantalibẽt impenſa: amicitias hominum infirmorum
i.minus potentium:contempſit eum.ſ.Curionem non mediocriter.i.uehementer.

Qua in re .i. in qua re iã dicta illud uidet
mihi cecidiſſe.i.accidiſſe perq̃.i.ualde uenu
ſte.i.pulchre:qd aiaduerſum.i.ꝓſideratũ eſt
quoq;.i.ẽt eo uſq;.i.cõſũmate a reliqs.ſ.ciui
bus ut Curio q nihil facit cõſilio.ſ.alioꝝ ui
deret uſus rõne.i.cõſideratiõe ꝓpria:& in/
ſidiis.ſ.alioꝝ:hoc eſt ꝓuertiſſe inſidias alio
rũ in utilitatẽ ſuã; nã cũ ſenſerit ſibi iſidias
tendi attẽtior factus eſt: in euitãdis cõſiliis
eoꝝq intẽderant ſe.i.acriter exhibuerãt ad
uerſarios in tribunatũ eius.ſ.Curiõis; dico
Lælios & Antonios & Valẽtes.ſ.uiros id ge
nus.i.eius generis:hoc eſt nobiles & egregi
os.Ego miſi tibi has lr̃as maiore ĩteruallo
i.dilatiõe poſt rẽ geſtã:eo.i.ꝓpterea:q; dila/
tiones comitioꝝ.i.tpm q̃bus noui eligeren
tur magr̃atus q.d.electionũ/habebant me
occupatiorẽ.ſ.in ſollicitãdis rebus meis; q̃s
galli brigas uocant:& cogebãt me expecta
re exitũ.ſ.comitioꝝ.i.declarationẽ eoꝝ qui
electi eẽnt ut oĩbus cõſectis.i.plene factis &
electis:ego facerẽ te certiorem.ſ.de electis.
Ego expectaui.ſ.exitũ rerũ:uſq; ad kal.Se/
xtilis.i.primũ diẽ Auguſti:q̃dã moræ.i. dila
lationes:inciderunt ꝓtoriis,ſ.comitiis.i.ha/
bẽdis de p̃tore eligendo.Porro.i.ſed neſcio
quẽ.i.qualẽ:euentũ.i.exitũ fortuitũ cum ſit
in uolũtate plæbis:comitia mea: ideſt ædi/
litia:in q̃bus competitor ero:ſint habitura.
Quidẽ.i.certe ſup.comitia mea:nacta ſunt
comitiis ad plæbem.ſ.habitis:anteq; electio
fieret:opinionẽ incredibilẽ.i.difficilẽ credi/
tu:qd.i.quãtum attinet ad Hirrũ:qa omnes
opinãtur eũ cum deriſione exibitandũ & ex
plodendũ.Nã illa fatua mentio.i.cõmemo/
ratio rei quã tacuiſſe melius fuiſſet:quã nos
deriſeramus olim:& ꝓmulgatio de dictato
re.ſ.creãdo:deiecit.ſ.ab ſpe & petitiõe Mar
cum Cælium Vicinianũ:qui alioqui compe
titor fuiſſet/& ĩſecuta.i.p̃ſecuta eſt:magno
clamore.ſ.populi explodentis/deiectum.ſ.
M.Cælium.Inde.i.deinde hoc uiſo/aut ide
i. ex ea re: cuncti flagitare ſup. cœperunt:
aut flagitare .i.flagitabant Hirrum ad non
faciendum:ideſt ut non faceret:ideſt nõ pe/
teret mecum ædilitatem. Spero ſuo.itaq; in
te auditurum celeriter:&ideſt ſimul:de no/

Qua in re mihi uidet illud perq̃ uenuſte cecidiſſe:qd
a reliquis quoq; eo uſq; eſt animaduerſum: ut Curio q
nihil conſilio facit:rõne:& iſidiis uſus uideret in eui/
tandis eoꝝ conſiliis:qui ſe intẽderant:aduerſarios in
eius tribunatũ: Lelios & Antonios:& id genus Valẽ/
teis dico.Has ego tibi literas eo maiore miſi interual/
lo:q; comitioꝝ dilationes occupatiorẽ me habebant:
& expectare in dies exitũ cogebant: ut cõfectis omni/
bus te facerẽ certiorẽ.Ad kal.Sextil. uſq; expectaui p̃/
toriis moræ q̃dam inciderũt. Mea porro comitia quẽ
euẽtum ſint habitura neſcio: opinionem quidem:qd
ad Hirrum attinet: ĩcredibilẽ ad plæb. comitiis nacta
ſunt.Nam.M.Cælium uicinianum mentio illa fatua
quam deriſeramus olim:& promulgatio de dictatore
ſubito deiecit & deiectum magno clamore iſecuta eſt.
Inde Hirrum cuncti ad non faciendum:flagitare.Spe
ro te celeriter & de nobis:quod ſperaſti: & de illo qd
uix ſperare auſus es:auditurum.De rep. iam noui q;/
q̃ expectare deſieramus.Sed cum ſenatus habitus eſ/
ſet ad Appollinis ad.xi.kalen.ſex.& referretur de ſti/
pendio Cn.Pompeii: mentio facta eſt de legione ea:
quã expenſam tulit.C.Cæſari Pompeius:quo nume/
ro eſſet:quo appeteretur:cum ex Gallia coactus eſſet
dicere Pompeius:ſe legionem abducturũ:ſed non ſta
tim ſubmẽtionẽ: & cõuicium obtrectatorum.Inde in/
terrogatus de ſucceſſiõe.C.Cæſaris. de qua hoc eſt de
p̃uinciis:placitũ eſt:ut cũ primũ ad urbẽ reuerteretur
Cn.Põpeius corã eo de ſucceſſione p̃uinciarũ ageret.
Nã ariminũ ad exercitũ Pompeius erat iturus &.S.C.
puto Idi.Sex.de ea re factũ iri. Profecto aut tranſige/
tur aliquid:aut turpiter intercedetur.Nam diſputan/
do coniecit illam uocẽ Cn. Pompeius oẽs oportere ſe
natus dicto audiẽtes eſſe.Ego tñ ſic nihil expecto:quo

modo

modo Paulum conſulẽ deſignatũ primum ſniam di/
centẽ.Sæpius te admoneo de Syngrapha Sictiana:cu
pio enim te intelligere ea rem ad me ualde pertinere.
Itẽ de Pantheris:ut Cybiratas accerſas:cureſq; ut mi/
hi uehantur. Prætera nunciatum eſt nobis & pro cer/
to iam hebetur regem Alexãdrinum mortuum: quid
mihi ſuadeas:quo modo regnũ illud ſe habeat: quis
p̃curet:diligẽter mihi p̃ſcribas kal.Sextiles. Vale.

bis qd ſperaſti.i.nõ ædiles deſignatos:& de
illo.ſ.Hirro qd uix auſus es ſperare:uideli
cet aut exploratum cũ ignominia/aut etiã dã
natum.Nos deſyderamus/aut potius deſie
ramus iã expectare quicq̃ noui de repu.Sed
cũ ſenatus habitus eſſet:ad Apollinis.ſ.ædẽ
ad.i.iuxta undecimũ kalendas Sextilis.i. au
guſti:& referret.i.conſuleretur de ſtipen/
dio Cnæi Pompeii:mentio facta eſt de ea le
giõe.ſ.militum: quam Pompeius:tulit ex/
penſam.i.tanq̃ eſſet expenſa. Caio Cæſari:
quo numero eſſet.ſ.legio illa:quo.ſ.nume/
ro appeteretur.i.exigeretur eſſe/aut quo.i.ad quid appeteretur/cum Põpeius coactus eſt dicere:ſe abductu/
rum legionem ex Gallia:ſed non ſtatim ſup.coactus eſt dicere aut dixit id:ſub.i.poſt mentionem & cõuitium
obtrectatorum.ſ.Cæſaris.Inde.i.deinde Pompeius interrogatus ſup.eſt:de ſucceſſione Cæſaris.i. an Cæſari
ſuccederetur/de q̃.ſ.ſucceſſione:hoc eſt de prouinciis omnibus placitum eſt.ſ.ſenatui.ut cum primũ Cnæus
Pompeius reuerteretur ad urbem ageretur coram eo:de ſucceſſione prouinciarum:Nam Pompeius erat itu
rus Ariminum ad exercitum.ſ.Romanum utputo illic locatum ne Cæſar Rubiconem armatus trãſiret:& pu
to.S.C.ideſt ſenatuſconſultum factum iri.i.faciendum eſſe de ea re: Idibus ſextilis.i.Auguſti. Profecto: ideſt
reuera ſup.tunc/aut aliquid tranſigetur/aut intercedetur.i.opponetur ab aliquibus turpiter: ideſt i honeſte.
Nam Cnæus Pompeius:coniecit:ideſt cum aliis uerbis in medium iecit diſputando .i. conſultando de repub.
illam uocem:oportere omnes ergo etiam Cæſarem:eſſe audientes.i.obedientes:dicto .i. decreto & mandato
ſenatus:ſcilicet Romani.Ego tamen nihil expecto ſic:ideſt eo modo:quo modo.ſ.expecto Paulum.ſ. Aemi/
lium:deſignatum.i.declaratum conſulem/dicentem primum.i.ut dicunt prima uice/ſentẽtiam.ſ.ſuam de re
ſuper qua conſultabitur:Deinde ad priuata negocia rediens dicit.Ego admoneo te ſæpius de ſyngrapha.i.ce
dula obligatoria conſcripta a duobus:Sictiana.i.per quam Sictius a te pecuniam poſtulauit:cupio enim te in
telligere:eam rem.ſ.ut Sictius pecuniam recipiat:pertinere ualde ad me.Item admoneo te ſæpius de panthe
ris.ſ.pro ædilitatis pompa mittendis:ut accerſas:ideſt ad te uenire facias Cybiratas.i.ex Cybra urbe Aſiæ au
ſtralis authore Strabone lib.iiii,& cures:ut ſcilicet pantheræ uehantur mihi.Prætera nunciatum eſt nobis:
& habetur:ideſt tenetur iam pro certo:Regem Alexandrinum:ideſt Ptolemæum regem Aegypti cui regia
erat Alexandriæ mortuum ſup.eſſe:perſcribas ſup.igitur mihi diligenter/quid ſuadeas mihi: ſcilicet tentan
dum propter mortem eius/quo modo regnum illud habeat ſe:ſcilicet poſt mortem regis. Quis procuret .ſ.
regnum illud:& ita quæſiuit quid ſibi ſuaderet Cicero an uidelicet eius procurationem ſibi depoſcat.Quar/
to kalen.Sextiles:ideſt Auguſti. Vale.

Cælius Ciceroni Salutem.D.

Qua tu cura ſis:qd ad pacẽ p̃uinciæ tuæ fini
timarũq; regionũ attinet neſcio: ego qdẽ
uehemẽter aĩ pendeo.Nã ſi hoc more moderari poſſe
mus & pro uiribus copiarũ tuarũ belli quoq; exiſteret
magnitudo/& quãtũ glr̃iæ:triũphoq; opus eẽt:aſſeq̃re
mur piculoſã & grauẽ illã dimicationẽ euitaremus ni
hil tã eẽt optãdũ.Nũc ſi parthus mouet aliqd ſcio nõ
mediocrẽ fore cõtẽtionẽ:tuus porro exercitus uix unũ
ſaltũ tueri põt.Hãc aũt nẽo ducit rõnẽ:ſed oĩa deſyde
rant ab eo tãq̃ nihil denegatũ ſit ei:quominus q̃ p̃atiſ
ſimus eẽt:q publico negocio p̃poſit eẽt. Accedit huc
q; ſucceſſionẽ futurã pp Galliaꝝ cõtrouerſiã nõ uideo
tãetſi hac d re puto a te cõſtitutũ qd facturus eẽs:hẽre
tñ quo maturius cõſtitueres:cũ hũc euẽtũ p̃uidebam:
uiſum eſt ut te farerẽ certiorẽ. Noſti em̃ hec tranſlati/
tia:de Galliis cõſtituet: erit q ĩtercedat.deinde alius

Pendeo aĩ.

Qua tu &c.Cũ dubitaret de bello Par
thico ſcribit Cælius ſe uehemẽter de
eo ſollicitum:monetq; Ciceronem ut dimi
care tam paruis copiis frãtus caueat. Ordo
eſt.Neſcio qua cura tu ſcis.i.quam curã ha
beas:quod.i.quãtum attinet ad pacem pro/
uinciæ tuæ.ſ.Ciliciæ:& regionum finitima
rum:ut Anthiochiæ Aegypti&c.ego qdem
pendeo animi: ſup.cura/ſicut diſcrucior aĩ
apud comicũ uehemẽter.Nam ſi poſſemus
moderari hoc more.i.hoc modo:aut hoc.i.
hãc rẽ:mora.i.dilatione:&magnitudo belli
exiſteret pro uiribus .i. ſcdm uires copiarũ
tuarum/& ſup.non amplior:& aſſeq̃remur
ſup.tantũ quãtũ opus eſſet gloriæ & trium
pho.i.ad impetrationẽ gloriæ & triumphi:
nihil eẽt optãdum tã.i.tãtopere. Nũc.ſ.ubi
tibi tã paruæ ſunt copiæ:ſi Parthus.i. popu
lus Parthicus mouet aliqd.ſ. belli:ſcio con
tentionẽ.i.concertationẽ:fore.i.futurã non
mediocrem.i.uehementẽ:porro.i. ſed:tuus
exercitus uix põt tueri.i.defendere a tranſi
tu Parthoꝝ:unũ ſaltũ.i.locũ ſiluoſũ & ſpa/
tioſum:ubi feræ & pecora ſaliãt.Aũt.i. ſed:

nemo.ſ.ſenatoꝝ aut po.Ro.ducit hanc rõ-
nem.i.habet hãc cõſyderationẽ de paucita-
te exercitus tui:ſed oĩa deſyderantẽ.i.expe-
tunt ab eo q ꝓpoſitus eſſet negocio publi-
co:hoc eſt ab Impatore in prouincia agẽte:
q.d.a te:tãq̃ nihil ſit denegatũ ei quominus
i.ut nõ eſſet q̃paratiſſimus .i. ualde paratus
ad omnẽ caſum:& ad oẽm uim hoſtilem re
pellendã Accedit.i.additur huc.i.ad hãc dif
ficultatẽ prouinciæ quã obiuiſti:q̃ nõ uideo
ſucceſſionem futurã.ſ.tibi : ꝓpter cõtrouer
ſiam.i.diſſenſionẽ Galliarum quas Cæſar
amplius regere uolebat:uetante id Põpeio
cum bona parte ſenatus : tametſi ego puto
conſtitutum.i.decretum a te de hac re quid
facturus eſſes .i. an tibi ſuccedi uelis necne:
tamen uiſum eſt.ſ.operæpretium:ut facerẽ
te certiorem:quo:ideſt ideo ut:conſtitueres
maturius:ideſt citius:ſed cum maturitate:cum prouidebam.i.proſpiciebam futurum:hũc euentum.i. exitum
rerum gallicarum.Tu enim noſti hec tranſlatitia.i.de una re ad aliam accõmodatitia : Huber. dicit fictitia qd
mihi non placet:Conſtituet'.ſ.in ſenatu de Galliis:ut.ſ.ſucceſſio illic fiat:erit ſup.aliqs noĩe Cæſaris : qui in-
tercedat.i.obſiſtat:deinde alius exiſtet.i.emerget & exorietur:qui impediat reliquas.i. reliquarũ ꝓuinciarum
ſucceſſiones/niſi liceat ſenatui decernere libere de oĩbus prouinciis.Sic.i.hoc modo:ludetur.i. fruſtra certa-
bitur multũ ac diu/atq̃ ita diu/ut moretur.i.mora fiat in his tricis i.difficultatibus & nexibus prouinciarum
inextricabilibus plus biẽnio.i.q̃ biẽnium Si haberem quid.i.aliquid noui de repu.quod ſcriberem ,i. ſcribere
poſſem tibi:uſus eſſem conſuetudine mea:ut perſcriberem diligẽter & quid actum eſſet: & quid ſperarem fu
turum ex eo:ſcilicet quod actum eſſet.Sane omnia adhæſerunt in Cilicia:ideſt firma manſerunt & immutata
tanq̃ ui quadam.Marcellus urget:ideſt urgenter procurat illud idem.ſ.quod antea urgebat de prouinciis: ſci
licet ſucceſſoribus decernendis:ſed neq̃ potuit efficere adhuc ſenatum frequentem:ut.ſ.de ea re ſenatuſcon
ſultum fiat.Hoc:ſcilicet factum fuiſſet:ſi Curio ſup.fuiſſet tribunus anno præterito: & ſup.nõ iſto/& eadem
actio de prouinciis introiit:ſcilicet in curiam:ut non fallat.i.lateat te:q̃:ideſt q̃tum facile ſit nũc impedire:om
nia:ideſt omnium prouinciarum ſucceſſionem:& q̃:ideſt q̃tum hoc ſuperet:ideſt ſuppeditet Cæſari: qui non
curet rempu.ſua cauſa:ideſt propter proprium commodum. Vale.

NOn dubito.Viſum eſt lib.iii. Accuſa
tus fuerat Appius pulcher ambitus a
Dolobella & fautoribus eius:quare trium-
phum amiſit:quod nunc Cælius ſcribit:mo
nens Ciceronem ut depoſita ſimultate Ap
pio reconciliet'.Ordo eſt.Non dubito quin
perlatum ſit ad te:Appiũ.ſ.pulchrum q̃ an
te Ciceronem Ciliciam cœperat : factũ reũ
ſ.ambitus & maieſtatis a Dolobella q̃ poſt
ea gener Ciceroni fiet:ſane non ea .i. tanta
inuidia quam.i.quãtam exiſtimauerã.ſ.Ap
pio futuram.Neq̃ enim Appius ſtulte ſup.
egit:qui ſimul atq̃.i.ſtatim poſtq̃ Dolobel
la acceſſit ad tribunal.ſ.accuſaturus appiũ:
introierat in urbem & abiecerat poſtulatio
nem triumphi:quem qui ſperabat foris ma
nebant donec decretum ſenatus fieret:quo
facto Appius rettulit ſermones .i. reſpõdit
& uiſus eſt paratior.ſ.ad ſe purgandũ:q̃ ac-
cuſator.ſ.Dolobella ſpauerat. Is.ſ. Appius
habet nunc maximã ſpem in te:Scio eum.ſ.Appium nõ eſſe tibi odio:eſt in manu.i.poteſtate tua:obligare eũ
ſ.tibi:q̃.i.q̃tum uelis:cum quo.ſ.Appio:ſi ſimultates non fuiſſent tibi.ſ.prius:eſſet tibi liberius.ſ. agere de to
ta re:quia poſſes eum iuuare & deſerere ut uelles.Nũc ſi exegeris legitimum ius.i.rigorẽ iuris:ad illã ſummã
ueritatem.i.iuſtitiam:ſicut uerum pro iuſto ſæpe ponitur cauendum erit tibi ne uidearis poſuiſſe.i.depoſuiſ-
ſe inimicitias parum ſimpliciter.i.ſine dolo & parum candide.i.ſine liuore.

exiſtet:q niſi libere liceat de oĩbus ꝓuinciis decernere
Senatui:reliquas ĩpediat:ſic multũ ac diu ludet' : atq̃
ita diu:ut plus biẽnio in his tricis moret'. Si qd noui
de repu.qd' tibi ſcriberem:haberẽ:uſus eſſem mea cõ-
ſuetudine:ut diligenter & quid actũ eſſet:&quid ex eo
futurum ſperarẽ:perſcriberem.Sane tanq̃ ui quadam
in Cilicia omnia adhæſerũt.Marcellus idem illud de
prouinciis urget: ſed neq̃ adhuc frequẽtem ſenatum
efficere potuit:hoc ſi præterito anno Curio tribunus:
& eadem actio de prouinciis introiit: ut q̃ facile nunc
ſit omnia impedire:& q̃ hoc Cæſari:qui ſua cauſa rẽ-
publi:non curet:ſuperet:non te fallat. Vale.

Cælius Ciceroni Salutem dicit.

NOn dubito:qn perlatũ ad te ſit Appiũ a Do
lobella reum factũ:ſane nõ ea:quam exiſti
mauerã:inuidia.Neq̃ em̃ ſtulte Appius:
qui ſimul atq̃ Dolobella acceſſit ad tribunal:introie-
rat in urbem:triumphiq̃ poſtulationẽ abiecerat: quo
facto rettulit ſermones paratiorq̃ uiſus eſt:q̃ ſperaue
rat accuſator. Is nunc in te maximã ſpem habet. Scio
tibi eũ non eſſe odio:q̃ uelis eũ obligare in tua manu
eſt:cum quo ſimultates ſi tibi nõ fuiſſent liberius tibi
de tota re eſſet.Nunc ſi ad illã ſummã ueritatẽ:legiti-
mum ius exegeris:cauẽdum tibi erit:ne parum ſimpli
citer:& parum candide poſuiſſe inimicitias uidearis.

In hanc

In hanc partẽ porro tutũ ribi erit:ſiquid uolueris gra-
tificari.Nemo em̃ næceſſitudine:& amicitia te deterri
tum ab officio dicet.Illud mihi occurrit:q̃ ĩter poſtu-
lationẽ & noĩs delationẽ uxor a Dolobella diſceſſit.
Quid mihi diſcedẽs mãdaris:memini:qd ego tibi ſcri
pſerim:te nõ arbitror oblitũ:non eſt iã tp̃s plura nar
rãdi.Vnũ illud monere te poſſum:ſi res tibi nõ diſpli
cebit:tm̃ hoc tẽpore nihil de tua uolũtate oſtendas:&
expectes quẽadmodũ exeat ex hac cauſa. Deniq̃ inui
dioſum tibi ſit:ſi emanarit.Porro ſignificatio ulla ſi ĩ
terceſſerit:clarius q̃ deceat:aut expediat fiat.Neq̃ ille
tacere eam rẽ poterit:q̃ ſuæ ſpei tã oportuna acciderit
quæq̃ in negocio cõficiendo tanto illuſtrior erit:cum
p̃ſertim is ſit:q ſi pniciosum ſciret eẽ loq de hac re:uix
tm̃ ſe cõtineret.Pompeius dicit' ualde pro Appio labo
rare:ut etiã putẽt alterutrũ de filiis ad te miſſurũ . Hoc
nos oẽs abſoluimus: & hercule cõcepta omnia:fœda
& inhoneſta ſunt.Cõſules autẽ habemus ſumma dili
gentia:adhuc Senatuſcõſultum niſi de feriis latinis:
nullũ facere potuerunt.Curiõi noſtro tribunatus con
glaciat.Sed dici non põt quo mõ hic oĩa iaceant.Niſi
ego cũ tabernariis:& aquariis pugnarẽ:ueternusciui-
tatẽ occupaſſet.Si Parthi:nos nihil afficiũt:nos nihil
frigore frigeſcimus:tm̃ quoquomõ hic oĩa iaceant : po
tuit ſine Parthis Bibulus ĩ Amano neſcio qd cohorti-
cularũ amiſit:hoc ſic nũciatũ eſt.Quod tibi ſupra ſcri
pſi Curionẽ frigere:iã calet nã feruentiſſi me cõcerpit'
leuiſſime em̃ quia intercalando nõ obtinuerat: trãſſu-
git ad ꝓp̃lm:& pro Cæſare loqui cœpit : legẽq̃ uiariã
non diſſiſem agrariæ Rulli:& alimẽtariã : quas iubet
ædiles metiri:iactauit:hoc nondũ fecerat cũ priorem
ep̃læ partem ſcripſi .Amabo te:ſi quid:qd' opus fuerit
Appio facies:ponito me in gratiã.De Dolobella inte
grũ tibi ſerues:ſuadeo.& huic rei:de qua loquor:& di
gnitati tuæ æqtatis:quod opinio eſt:hoc ita facere ex-
pedit.Turpe tibi erit pãtheras græcas me nõ habere.

In hanc&c.Ordo eſt.Porro.i.ſed tutũ erit
tibi ſi qd uolueris gratificari.i.gratum face
re Appio in hãc partẽ.ſ.mitiorẽ. Nemo em̃
dicet te deterritũ ab officio næceſſitidine &
amicitia:quæ.ſ.tibi eſt cũ Dolobella : uidet'
tamẽ nondũ cũ hec ſcriberent' Ciceroni ge
ner factus:qa id poſt Appii liberationẽ pur
gauit lib.iii.qd' etiã ſequens clauſula cõpro
bat unde ĩtelligã ideo id neminẽ dicturũ:eo.
q̃ tunc nulla fuerat Ciceroni cũ Dolobella
næceſſitudo aut amicitia.Illud.ſ. qd' ſequit'
occurrit mihi:q̃ uxor.ſ. dolobellæ:diſceſſiſ
ſit.ſ.per diuortiũ:a dolobella:inter poſtula
tionẽ.i.uocationẽ in ius:& delationẽ nomi-
nis.ſ.rei.Memini.i.memoria teneo:qd tu di
ſcedens.ſ.in prouinciã:mãdaris/pro mãda-
ueris mihi.q.d.q̃ Tulliã tuã idoneo marito
locarem:etiã te incõſulto.Et arbitror te nõ
oblitũ qd ego ſcripſerim tibi.ſ.de dolobel-
la:q̃ eẽt idoneus gener.futurus.Tẽpus nar-
randi plura nõ eſt iam. Ego poſſum mone-
re te illud unũ ſi res nõ diſplicebit tibi:ſup.
cum dolobella poſſe matrimoniũ cõtrahi:
tm̃ nihil oſtẽdas de uolũtate tua hoc tpe.ſ.li
te pendẽte:& expectes quẽadmodũ.ſ.dolo-
bella accuſator:exeat ex hac cã.i.accuſatiõe
Appii.Deniq̃ ſi emanarit.i. diuulgatũ fue-
rit filiã tuã nubere dolobellæ Appi accuſa-
tori:id ſup.ſit tibi inuidioſum.Porro.i.ſed:
ſi ulla ſignificatio.ſ.uolũtatis tuæ/interceſ
ſerit.i.interuenerit:id ſup.fiat clarius.i.ma
nifeſtius q̃ deceat aut expediat.i.utile ſit: &
ita monet ut occultiſſimũ habeat. Neq̃ ille
ſ.dolobella:poterit tacere eã rem̃.i. tua uo-
lũtate filiam tuã ſibi deſponſatã : que.ſ.res
acciderit tã oportuna ſpei ſuæ.ſ. de condẽ-
natiõe Appi:quæq̃.i.& quæ.ſ.res:erit tanto
illuſtrior.i.clarior & magis p̃ſpicua: i nego
cio cõficiundo.i.perficiẽdo:p̃ſertim cũ.ſ.do
lobella ſit is.i.talis qui ſi.i.etſi ſciret perni-
ciosum eſſe loq de hac re.ſ.quã ĩter nos agi
mus:hoc eſt de mr̃imonio filiæ tuæ:tamẽ.i.
nihilominus uix.i. cũ ſũma difficultate/cõti
neret ſe.i.abſtineret a loq̃ndo. Põpeius dici
tur ualde laborare ꝓ Appio.i.ut Appius ab
ſoluat'/qd' etiã cõtigit:ut etiã putẽt.ſ.hoĩes
Põpeiũ ſup.miſſurũ ad te alterutrũ de filiis
ſ.ſuis:uel Sextũ uel Cnæũ:ideo aũt miſſur'
putabat':ut Cicero q tũc erat in ꝓuincia ubi
Appius crimen cõmiſiſſe accuſabatur facta
q̃ſtione &:ut dicũt:informatione:beneuole
rem interp̃tetur & ad ſenatũ reſcribit.Nos oẽs abſoluimus.ſ.quodã p̃iudicio hic.i.Romæ:ſup. Appiũ:hoc eſt
opinamur eũ abſoluendũ:& hercule.i.per herculẽ:omnia cõcepta.ſ.crimina de appio.i.quæ in eius accuſatio
nem libello continẽtur:ſup.ſunt fœda & inhoneſta. Autẽ.i.ſed:nos habemus cõſules ſum̃ma diligẽtia.ſ.p̃di
tos:qd' ut Huber.placet per ironiã dicit:nam addit:ipſi ſup.nullũ.i.non ullum nõ potuerunt facere adhuc ul-
lum ſenatuſcõſultum.i.decretum ex ſenatus ſententia factum:niſi de feriis latinis.ſ.celebrãdis . Tribunatus
conglaciat.i.friget plurimum:hoc eſt aboletur:Curioni noſtro:ſed non poteſt dici quõ omnia iaceãt.i.negle-
cta ſint & torpeãt hic.i.Romæ:niſi ego pugnarẽ cũ tabernariis & aquariis.i.uendentibus aquam:aut portan-

tibus aquã pretio: Iuuenalis: Veniat conductus aãrius: ueternus. i. torpor ex morbo intercute & hydropisi: occupasset ciuitatem. s. Romanã: hoc est iuuẽtutem militarem: aut ex nimio potu: quocirca dicit se pugnare cũ tabernariis. i. cauponibus & aquariis ne. s. tantam uim potus uẽditẽt: aut ex torpore. Vude Philippus Beroaldus ex hoc loco argumẽtat lib. ii. in epistola cuius principiũ est Raras tuas quidẽ &c. ubi uulgo legit. Erat in eadem epistola ueteranu; ciuitatis: legendum esse ueternus ciuitatis: Hic enim: inquit Pompeiũ appellat. quo legionum Romanarũ præfecto nullum exercitamentum populo Romano dabatur. Hec ex illo. Verũtamen non uidetur dicta epistola huic respõdere: propterea q̃ dicit in eadẽ epistola scriptum esse manu Cælii: Ciceronem non defendi a Curio. sed potuit illa pars seorsum scripta deleta esse. Verũtamen minus placet q̃ dicat Pompeiũ ueternũ dici: cũ dicat se gaudere q̃ amicus in ocio sit: intelligã ergo de ocio totius ciuitatis: aut de intercute: ut dixi ut nimia potatiõe: melius tũ de torpore eo q̃ p̃misit: quomodo hic oía iaceãt. q. d. nullã litẽ agitari cũ nisi tabernariis & aquariis pugnarẽ. s. in foro iudiciali: accusando hos pluris iusto p̃tio operã suam aut aquã uendere: illos res corruptas. Si parthi nihil afficiũt nos aut uos. i. si nullũ incutiũt timorem: nos nihil frigescimus. i. frigidi fimus aut sumus: frigore. i. metu: eo q̃ metus frigus ĩducit usqueadeo ut frigus p̃ metu ponatur ænei. i. Extẽplo æneæ soluũtur frigore mẽbra: tamẽ quoquomõ. i. q̃ũcunq; oía iaceãt hic: potuit. s. ueternus esse: sine parthis. i. nisi parthi nos sollicitos facerẽt. Bibulus q̃ Anthiochiã curabat: amisit nescio qd̃ co horticularũ in Ammano. s. monte in cõfinio Ciliciæ: hoc est nũciatũ. s. senatui nũc sic. qd̃. i. q̃q̃ scripsi tibi supra: Curionẽ frigere. i. in ocio esse: ipse calet iã. s. rubore: nã cõcerpitur. i. a multis carpitur feruẽtissime. Enim. i. quia ipse non obtinuerat intercalando. i. remittendo: ipse transfugit leuissime. i. inconstantissime: ad populũ & cœpit loqui pro Cæsare: & iactauit legẽ uiariam. i. de uiis faciẽdis: nõ dissimilem agrariæ. s. legi Rulli: idest quam Rullus tulit & iactauit legem alimẽtariam: idest de alimẽtis faciendis: quas. s. leges ipse iubet ædiles meriri: idest metiendo exercere & in usum adducere: Huberti. legit mentiri: qd̃ non placet: Cũ ego scripsi prior rem partem epistolæ. s. huius. Nam prius unam partem scripserat: deinde post aliquot dies eam absoluit non deletis prius scriptis: sup. Curio nondũ fecerat hoc. i. nõdũ iactauerat. Amabo te blãdiẽter dictũ si facies qd. i. aliqd qd̃ fuerat opus. i. utile Appio: ponito me in grãm. s. Appii: suadeo sup. ut serues tibi sup. negociũ de dolobella itegrũ: ita ut eũ & suscipe generũ & refutare libere possis. Expedit em̃ & huic rei de q̃ loquor. i. mãimonio filiæ tuæ: aut grãæ Appii p̃seruãdæ: & dignitatis æqtatis tuæ: facere hoc ita: qd̃ opinio est. Me non hẽre. i. si non habuero cũ munera ædilitia dabo: pãtheras græcas: erit turpe tibi: qa culpaberis defuisse amico. Vale.

Veternus.

Frigus.

QVã cito. &c. Dicit se cupere ut Cicero ex puincia discedat affertq; iocosa quædã: utpote Ocellam deph̃ẽsum in adulterio: nec tamẽ dicit eũ qua: uolens Cicero nem id ex alio inquirere. Ordo est. Nescio q̃. i. q̃tum cito tu cupies discedere istinc. i. ex prouicia ubi nũc es: ego quidẽ cruciabor de periculo. i. ꝓpter periculũ belli parthici: dũ i. donec eris istic. i. in Cilicia: eo. i. tanto magis: quo. i. quãto fœlicius gessisti adhuc res: qa fortuna solet mutari: nec cuiq̃ eẽ perpetuo bona. Vnde Philippus macedo cũ tres lætos nũcios uno die accepisset deos p̃catus est ut modicũ supplicii pro tãtis bonis reponant: ne aliq̃s metus pturbet hũc. i. quẽ hic habeo risum meũ. Ego dedi tabellario. i. ad tabellariũ: hoc est literarũ pferẽdarũ ministro publicanorũ. i. qui publica cõduxerũt ꝓperãti. i. festinanti subito: has literas breuiores: dederam pridie. i. die p̃cedenti hanc tuo liberto literas sup. scriptas pluribus uerbis. Aũt. i. sed: res sane: idest multum nouæ nullæ acciderunt: nisi uis hec. i. huiusmodi res scribi tibi: quæ certe uis: quia ridicula putat Cornificius adulescens despondit sibi filiã Oristillæ. Paula Valeria soror Triarii: fecit diuortium: idest dissolutionem matrimonii & separationem a uiro sine causa: sup. eo die: quo die uir. i. maritus uenturus erat e prouincia unde Cicero reuersus etiam repudiũ facturus erat ea sup. nuptura est Decio Bruto. ipsa nondũ retulerat. i. ad senatum tulerat an senatui placeret. Multa incredibilia in hoc genere. s. matrimonialiʒ acciderunt te absente. Seruius Ocella nemini persuasisset se esse mœchum: nisi deprahẽsus esset. s. in adulterio: bis triduo: idest intra tris dies. Quæres ubi. s. deprahensus sit: idest in cuius domo & cum cuius uxore

Cælius Ciceroni Salutem dicit.

QVam cito tu istinc decedere cupies nescio ego quidem eo magis: quo adhuc fœlicius res gessisti: dum istic eris: de belli parthici piculo cruciabor ne hunc risum meum metus aliquis perturbet. Breuiores has literas ꝓperanti publicanorum tabellario subito dedi. tuo liberto pluribus uerbis scriptas pridie dederam. Res autem nouæ nullæ sane acciderunt: nisi hec uis tibi scribi. quæ certe uis Cornificius adulescens Orestillæ filiã sibi despondit Paula Valeria soror Triatii diuortiũ sine causa: quo die uire pro uincia uenturus erat: fecit: nuptura est. D. Bruto: non dum retulerat. Multa in hoc genere icredibilia te absente acciderũt. Seruius Ocella nemini persuasisset se mœchũ esse: nisi triduo bis deph̃ensus esset. Quæres ubi: ubi hercule ego minime uellẽ. Relinquo tibi: qd̃ ab aliis q̃ras: neq; enim displicet mihi impatorem singulos percunctari: cum qua sit aliquis deprahensus.

ius uxore: hercle sup. illic: ubi ego minime uellem. Relinquo tibi quod quæras ab aliis: Nihil enĩ displicet mihi imperatorem scilicet te percunctari. idest interrogare singulos: cum qua aliquis sit deprahensus. q. d. sic Ciceronem quoq; uxoris suæ culpam nosciturum.

Cælius Ciceroni. S. D.

ETsi de rep. q̃ tibi scribam habeo: tamẽ nihil quo magis gauisurus te putem habeo q̃ hoc Scito. C. Sempronium Ruffum: mel ac delicias tuas calumniã maximo plausu tulisse. Quæris: quacã. M. Tutiũ accusatorem suũ post ludos romanos reum lege plotia de ui fecit: hoc cõsilio q̃ uidebat: si extra ordinarius nemo reus accessisset sibi hoc anno causam esse dicendã: dubiũ porro illi nõ erat nemini hoc deferre munusculũ maluit: q̃ suo accusatori. Itaq; sine ullo subscriptore descendit: & Tutium reum fecit. Atq; ego simul atq; audiui: inuocatus ad subsellia rei accurro: surgo: neq; uerbum de re facio. Totũ Semproniũ usq; eo perago ut Nestorium quoq; interponam & illam fabulam narrem: quemadmodum tibi pro beneficio dederit: si quid iniuriis suis esset: quo Nestorius teneretur: hæc quoq; magna nunc contentio forum tenet. M. Seruilius postq̃ icœperat omnib⁹ in rebus turbarat: neq; qd̃ non uenderet quicq̃ reliquerat.

ETsi. &c. Dicit Semproniũ Calũnias cũ plausu tulisse: affertq; multa de rep. de senatusconsulto: & qui scribæ fuerint in eo: q̃ cum sit ipsis dũtaxat nota: obscuriora uisa sunt Huberti. q̃ ut a se explanent. Nobis tn breuiter explicanda uidentur: si nõ plane at q̃liter poterimus. Ordo itaq; est. Etsi. i. q̃q̃ habeo q̃ scribam. i. scribere possim tibi de rep. tamen nihil habeo q̃ putẽ te gauisurum magis q̃ hoc. s. qd̃ sequit. Scito: Caium. Sempronium Ruffum: mel. i. dulcedinem ac delitias: tuas tulisse. i. accœpisse calumniã. i. contumeliam: maximo plausu nõ suo sed populi eã libenter uidentis. Quæris qua causa. s. affectus sit calumnia. Ea sup. est q̃ fecit Marcũ Tutium accusatorẽ suũ. i. unde prius accusatus fuerat reum post ludos Romanos lege plotia de ui. s. illata: hoc cõsilio q̃ uidebat si nemo accessisset reus extra ordinarius: cãm esse dicẽdã sibi. i. se esse defendendũ hoc anno. Nã cãm dicit q̃ se purgat & defendit: sententiã dicit q̃ iudicat Porro. i. autẽ sup. id nõ erat dubium illi. Nemini. i. non alicui: nõ maluit. i. non magis uoluit deferre. i. presentare hoc munusculũ. s. ut reus extraordiarius fieret: ulli aut alicui q̃ accusatori suo. s. Marco Tutio: peramarã aũt irrisionẽ uocat talẽ delationem & accusationem munusculum. Itaq;. i. & ita: Sempronius descendit. s. in forum causarum ad litẽ fouendã. sine ullo subscriptore. i. assensore aut astipulatore: qui secum sentiret. Solent enim idem sentientes nomina sua subscribere: unde tractũ ut subscriptores sint superioris scripti approbatores: & subscribere superius scripta probare: & fecit Tutium reum. Atq; ego simulatq;. i. eodem tempore quo: aut statim postq̃ audiui. s. Tutium a Sempronio reum factũ accurro iuocatus. i. licet nõ essem uocatus: ad subsellia rei. i. ubi reus sedebat causam dicturus: surgo: ut more aduocati cãm dicturus: neq; uerbum facio de re. i. cã Tutii: aut lege de reo. s. Tutio. ego perago. i. conuinco Peragere enim est ad finem usq; agere: tunc aũt peractum est quando quis uictus & cõdemnatus est. Semproniũ totũ. i. ex oi parte: usque eo. i. intrñ: ut interponam quoq;. i. ẽt Nestoriũ. i. calũniam Sempronii in Nestoriũ: & narrem. i. recitem illã fabulã: quẽadmodũ dederit tibi p̃ bñficio i. loco beneficii: siqd eẽt iniuriis suis q̃ Nestorius teneret. i. afficeret. Hæc quoq; magna p̃tẽtio tenet. i. occupat nũc forũ. s. iudiciale. Marcus Seruilius postq̃. s. Sẽpronius icœperat. s. agere: turbarat sup. eũ in oibus rebus: neq; reliq̃rat quicq̃ qd̃ nõ uenderet. ut dixi obscure loquitur neq; operæpretium esset mentem eius indagasse.

Subscriptor.

Maximeq; nobis traditus erat inuidiæ: neq; Laterẽsis pretorẽ postulante pausania nobis patrõis: quo ea pecũia puenisset: recipe uoluit. Quod Pilius necessarius Attici nostri de repetũdis eũ postulauit: magna illico fama surrexit: & de dãnatione feruenter loq̃ est cœptũ Quo uento proiicit Appius minor ut implicet de pecunia ex bonis patris puenisse ad Seruiliũ: preuaricationisq; causam diceret: depositũ. II. s. lxxxi. admiraris amentiã: ĩmo actiones stultissimas: qd si nefarias patris cõfessiones audisses. Mittit in conciliũ eosdem il/

Maximeq;. i. & sup. Seruilius aut potiꝰ. Sempronius erat traditus maxime. i. p̃cipue nobis inuidiæ. i. ad inuidiam. i. molestiã illi excitandã: neq; Laterẽsis: ꝓprium est nomẽ: pausania postulante. i. cũ Pausanias postularet p̃torem: nobis patronis sup. entibus. alii legũt Laterense prætore: Pausania postulante nobis patronis: uoluit recipere. i. approbare: q̃ ea pecunia peruenisset. q̃ Pilius necessarius Attici nostri. s. cõis amici postulauit eum reũ de repetundis. i. pecuniis mala arte a prouincialibus ablatis & ita iure repetẽdis. Magna fama surrexit illico: & cœptũ est loqui feruẽter de damnatione. s. Sempronii. Quo uẽto i. qua obiectiõe. Appius minor: proiicitur. i.

obruitur:ut implicet.i.innuat de pecunia ex bonis patris peruenisse ad Seruilium/& diceret causam præuaricatiōis.i. quare fecerit ꝓuaricatiōem: Sestertium semel & octogies esse depositum. Dixi alibi qa sestertiū etiam neutri est generis:& genitiui nominum neutri generis habentiū singularem non solent syncopari ne cum singularibus casibus coincidant:cum tamen uenusta sit cum numeralibus syncope:decentius dici semel & octogies sestertium q̄ octogintaunum sestertia/aut sestertiorū Scribit aūt sestertium.II,s.i. duæ lib.cū semis. Tu admiraris dementiam/ īmo actiones stultissimas. Quid sup.faceres aut diceres/si audisses nefarias confessiones patris.s.Appii. Ipse mittit in consilium illos eosdem iudices qui æstimarant litis pro litequum sententiæ fuissent æquo.i. æquali numero.i. tot absoluentium quot condemnantium & econuerso. Laterēsis ignorans leges pronūciauit quid singuli ordines iudicassent & ad postremū non redigant.s. iudices sentētias uarias ad ūnā certā:& ut solent.s. redigere:postq̄.s.Laterēsis discessit:& Seruilius cœptus est haberi pro absoluto:&legit unū aut primum & centesimū caput legis: in quo.s. capite erat ita.s.scriptū:Id qd maior ꝑs eorꝫ iudicū iudicarit:esto ius & ratū.i.certū & approbatum. Laterēsis sup.nō rettulit absolutum in tabulas.i.instrā publicorū actorū:per scripsit iudicia ordinū: & Appio postulante i.in ius uocante rursus:transegit cum Lucio Lolio& dixit sup.se relaturū.s.ad senatū aut ad iudices. Sic Seruilius nunc neq; absolutus neq; damnatus de repetundis tradetur Seruio pylio.s.discutiendus:sunt qui legant tradetur saucius.i.læsus in fama sed:ut dixi:oia obscura sunt. Nam cum Appius iurasset de calumnia.i.calumniam factam:de diuinatione non est ausus contēdere.s.ultra:& cessit.i.traditus est aut locum dedit Pylio:& ipse postulatus est a Seruiliis de pecuniis repetundis.& præterea reus factus est de iure usuū:de quodam emissario suo scilicet equo:cuius usum alter sibi uendicarat:hoc par.s.contendentium habet se recte:quia uterq; cautelosus & litium amans est. Quod.i. q̄tum pertinet ad remp.nihil actum est omnino multis diebus expectatione.i.ꝑ expectationē/galliarum.i. sniæ dādæ de galliis aut successori cōmittēdis aut Cæsari prorogādis:tamen ne dilata sæpe & acta grauiter et uolūtate Cnæi pompeii perspecta aliqn̄.i.tandem in eam partem ut placeret eum decedere.s.in galliā ad succedendū Cæsari post Calendas Martias. Senatusconsultum quod missi tibi est factum et authoritates perscriptæ sup.sunt.i. qui eius rei authores fuerunt. Authoritas.S.C.i.senatusconsulti sup.scripta est pridie Kalēdas Octob.in æde Apollinis.Scribæ.i.ut dicunt notarii aut subscriptores affuere sequentes Lucius domitius.&c.

lutẽ maxime curæ eſſe ſenatui: omniq; po/
pulo/cũ ſponte ſua noĩa darent & ad mili/
tiam ſcriberent pro liberãdo eodem:& per
eum repub.ſubleuanda a regno ut liberãta
erat a rege.Ordo eſt.Polla tua.ſ. uxor mi/
ſit ad me ut ſiquid lr̃arum uellem ſup. dare
ad te:darem:Sũt qui legãt dare: quo modo
ſubaudienduim eſſet aliud uerbũ quale eẽt
aliud uerbũ quale eſſet:ut ſupp.admoneret
aut ſciret &c.eo tẽpore:cũ.i.quo: non habe
bam quid ſcriberẽ.Omnia em̃ erant ſuſpẽ/
ſa propter expectationẽ legatorum/q miſ/
ſi fuerant ad Anto.ut deſiſteret ab obſidio
ne/qui.ſ.legati quid egiſſent.ſ. apud Anto
niũ:nihil dũ.i.nihil adhuc nũtiabant. Ego
tamen exiſtimaui hec ſcribenda. Senatũ po
pulumq; Romanum laborare de te non ſo
lum cauſa ſalutis tuæ/ſed etiam dignitatis
tuæ.Em̃.i.quia:Charitas q̃dam nominis tui
eſt admirabilis:& amor oĩum ciuium eſt in
te ſingularis.Ipſi em̃ ſperant atq; confidũt
ita te ut antea.ſ.liberaſti rempu. rege idest
tyrãno:ita te liberaturum ſup.eſſe hoc tem
pore rempu.regno hoc eſt nullus deinceps
ſe regem profiteri audeat.Delectus.i.con/
ſcriptio militum qui de multis legitur/ ha/
betur Romæ & in tota Italia:ſi hic:idest hu
iuſmodi conſcriptio/eſt adpellandus delectus:cum omnes ſe offerunt ultro.Tantus ardor occupauit:idest in
uaſit animos hominum deſyderio libertatis & odio ſeruitutis diutinæ.Nos debemus expectare a te literas de
reliquis rebus:quid.ſ.ipſe:idest tu agas:quid Hircius noſter ſup.agat:quid Cæſar meus:ſcilicet ſingularis ami
cus:dicit meus:quia propter interfectum Cæſarem a quo hæres ſcriptus erat & filii loco habitus/non audet
eum Bruto dicere amicum ſup.agat:quos ſpero breui tempore fore copulatos tecum ſocietate uictoriæ. Re/
liquum eſt ut ſcribam id de me:quod ego & ſpero & malo te cognoſcere ex literis tuorum:ne neq; deeſſe ne/
q; defuturum ulla in re dignitati tuæ.Fac ualeas.

D.Brutus

mẽtes fuiſſe iudices:primũ milites ueterãos cõmilito
nes tuos:deide legionẽ Martiã:legionẽ quartã:q̃ ſuũ
cõſulẽ hoſtẽ iudicauerũt:ſeq; ad ſalutẽ reip. defendẽ
dã cõtulerũt. Voluntas ſenatus ꝑ authoritate hẽri de
bet:cũ authoritas ĩpediẽt metu.Poſtremo ſuſcepta ti/
bi cã iã bis eſt:ut non ſit integrũ primum idibus Mar
tiis:deinde proxime exercitu nouo & copiis compara
tis.Quãobrem ad omnia ita paratus: atq; animatus
eẽ debes:nõ ut nihil facias:niſi iuſſus:ſed ut ea geras:
quæ ab omnibus ſumma cũ admiratione laudentur.

M.T.C.D.Bruto Impe.S.dicit.

EO tpe Polla tua miſit ad me: ut ad te: ſi
q̃d uellẽ:darẽ literarũ cũ q̃d ſcriberẽ:nõ
habebã.Oĩa em̃ erant ſuſpenſa ꝑpter expectationẽ le
gatorũ:qui q̃d egiſſent:nihil dũ nuntiabat: Hec tamẽ
ſcribenda exiſtimaui.S.P.Q.R.de te laborare nõ ſo
lum ſalutis ſuæ cauſa:ſed etiã dignitatis tuæ.Admirã
bilis eſt em̃ quædã tui noĩs charitas:amorq; in te ſin/
gularis oĩum ciuium.Ita enim ſperãt atq; cõfidunt ut
anteã rege: ſic hoc tempore regno te rẽpu.liberaturũ
Romæ delectus habetur: totaq; in Italia: ſi hic dele/
ctus appellandus eſt:cum ultro ſe offerũt omnes. Tã
tus ardor animos hominum occupauit deſyderio li/
bertatis:odioq; diutinæ ſeruitutis. De reliquis rebus a
te iam expectare literas debemus:quid ipſe agas: q̃d
noſter Hircius:quid Cæſar meus:quos ſpero breui tẽ/
pore ſocietate uictoriæ tecum copulatos fore. Reli/
quum eſt:ut de me id ſcribam:quod te ex tuorum lite
ris & ſpero: & malo cognoſcere:me neq; deeſſe ulla
in re: neq; unq̃ defuturum dignitati tuæ. Fac ualeas.

D.Brutus.M.T.C.S.P.D.

PAnſa amiſſo quãtũ detrimenti reſp. accœ
perit:non te ꝑterit:nũc authoritate & pru/
dentia ꝑſpicias oportet: ne inimici noſtri cõſulibus
ſublatis ſperẽt ſe cõualeſcere poſſe. Ego ne conſiſtere
poſit in Italia antonius:dabo operã:ſeq̃r eũ cõfeſtim
utrũq; me ꝑſtaturũ ſpero:ne aut Vẽtidius elabat:aut
Antonius ĩ Italia moret. In primis rogo te ad hoĩem
uentoſiſſimũ Lepidũ mittas: ne bellũ nobis redinte
grare poſſit Antonio ſibi cõiuncto.Nã de Polliõe aſi
nio puto te ꝑſpicere quid ſit facturus.Multæ & bonæ
& firmæ ſunt legiones Lepidi & Aſinii. Neq; idcirco
tibi ſcribo:q; te non eadẽ animaduertere ſciam:ſed q;
mihi perſuaſiſſimũ eſt Lepidũ recte facturũ nunq̃. Si
forte uobis id de hoc dubiũ eſt:Plancũ quoq; cõfirme
tis oro:quẽ ſpero pulſo Antonio reipu.nõ defuturũ.
Sed ſi alpes Antonius traiecerit: conſtitui præſidium
in alpibus collocare:& te de omni re facere certiorẽ.
Quarto kalen.Maias ex caſtris regis. Vale.

PAnſa &c.Fuſo. Antonio apud mutinã Non ſine clade eoꝝ qui uicerunt quia
Hircius & Panſa conſules in eo conflictu ce
ciderant hortat Brutus Ciceronẽ ut ꝑſpici
at ne per necẽ conſulũ hoſtis uires augean
tur.dicitq; q̃d ipſe ſit facturus:& q̃d ſentiat
de Lepido/Pollione:& Planco. Ordo eſt.
Non ꝑterit te.i.ſciam tuã nõ fugit: hoc eſt
bene ſis:quãtum detrimẽti reſp. accœperit.
Panſa.ſ.conſule amiſſo:qa occiſo: nõ opor
tet ſup.ut:ꝑſpicias authoritate & prudẽtia:
ne inimici nr̃i ſperent ſe poſſe cõualeſcere
i.fieri ualidiores:conſulibus.ſ.Panſa & Hir
cio ſublatis.ſ.de medio uiuentiũ.Ego dabo
operã ne Antonius poſſit cõſiſtere.i. ſedẽ fi
gere in Italia:ſequar eũ confeſtim: hoc eſt
cũ feſtinatione:ego ſpero me præſtaturũ.i.
effecturũ utrunq; ne aut Ventidius elabat:
aut Antonius qui iã elapſus erat:moretur ĩ
Italia:neutrũ tamẽ ꝑſtitit. In ꝑmis rogo te
ſup.ut mittas ad Lepidũ hoĩem uentoſiſſi/
mum.i.leuiſſimũ & incõſtantiſſimũ:ne poſ
ſit redintegrare nobis bellum: Antonio cõ
iuncto ſibi:id autẽ euenit Nam ego puto te
proſpicere:de Aſinio Pollione qui ꝑconſul
in Hiſpaniis erat:quid ſit facturus. Multe&
bonæ & firmæ legiones ſunt legiones Lepi
di& aſinii.Neq; ſcribo id tibi idcirco/q; ſciã
te non aĩaduertere eadẽ:ſed q; perſuaſiſſimũ eſt.i.oĩno creditum mihi/Lepidũ nunq̃ facturũ recte.i. pro rep.
Si id forte dubiũ eſt uobis de hoc.ſ Lepido:cõfirmetis oro Plancum:quẽ ſpero non defuturũ reipu.Antonio
pulſo:ita autẽ ſimulauit ſe facturũ:ſed nihil boni effecit. Sed ſi Antonius traiecerit alpes:ego cõſtitui.i.pro/
poſui:collocare in alpibus præſidium.i. militum cuſtodiam qui tranſitũ prohibeant:&facere te certiorem de
omni re.Quæ fere tota contra cõſtitutũ bonorum euenit.NamLepidus & Antonius etiam Cæſarem in par/
tes ſuas traxerunt:& ſimul triũuiratum iniuerunt. Ex caſtris regiis.i.quæ ſunt Regii:quod oppidum eſt non
longe a mutina:dictum Regium Lepidi. Vale.

D.Brutus.M.T.C.S.D.

NOn mihi remp.plus debere arbitror:q̃ me
tibi:gratiorem me eſſe in te poſſe: q̃ iſti per
uerſi ſint in me:exploratũ habes.Si aũt hoc tempore
ab his uideat dici cauſa ſimulatiõis:mallẽ me hercu/
le tuum iudiciũ:q̃ ex altera parte omnium iſtorũ. Tu
enim a certo ſenſu:&uero iudicas de nobis:q̃d iſti ne
faciant ſumma maleuolẽtia & liuore impediunt. In/
terpellent me:quominus honoratus ſim: dum ne in/
terpellẽt quominus reſp. a me cõmode adminiſtrari
poſſit.Quæ quãto ſit in periculo:q̃ potero breuiſſime
exponã. Primũ oĩum q̃ tam perturbationẽ rerũ urba/
narũ adferat obitus conſulũ:q̃tãq; cupiditatẽ hoĩbus
iniiciat nouitas:nõ te fugit ſatis me multa ſcripſiſſe:q̃
literis cõmendari pñt/arbitror. Scio enĩ cui ſcribam.

NOn mihi &c.Dicit ſe plurimũ debe/
re Ciceroni a quo grauiſſime defen/
ſus erat.Oſtẽdit etiã in quãto piculo ſit reſ
pu.per q̃d moliat Antonius:cuius incœptis
facile obſiſtere potuiſſet ſi Cæſarem Octa
uium adiutorẽ habuiſſet:q̃d & ſenatui indi
cari petit: & in quanta ſit pecuniæ penuria.
Ordo eſt.Non arbitror rẽpub.debere mihi
plus q̃ me tibi:tu habes exploratũ.i. perſpe
ctum & cognitum/me poſſe eẽ: ſi uidelicet
libere in ciuitate libera uiuere poſſem: gra
tiorem.i.magis memorem beneficii in te:q̃
iſti peruerſi/qui.ſ.ob liberatã rẽp. pro q̃ im
mortales mihi gr̃as debent:ut hoſtẽ patriæ
per ſequũtur ſint in.i.erga me. Aũt.i.ſed:ſi
uideatur hoc tẽpore.ſ.adhuc dubio & incer
to de exitu belli dici.ſ. ſnĩa honeſta de me:
ab his.ſ.peruerſis:cauſa ſimulatiõis i.ut ſi/
mulẽt ſe amicos reip.ego me hercule:Mal/
lem.i.pluris æſtimem iudicium tuũ.ſ.ſolius
de me/q̃ ſup.iudicia omnium iſtorũ.ſ.per/
uerſorum/ex altera parte.ſ.ſi iudiciũ tuum
ponatur ex una parte quaſi bilancis: & iu/

dicia omnium peruerſoꝝ in altera parte:ego pluris faciam iudiciũ tuum ſolius q̃ omnium iſtoꝝ:etiã ſi cauſa ſimulationis pro me iudicent. Tu eñ iudicas de nobis a ſenſu certo:& uero.i.non ficto nec pro tẽpore aſſumpto:qđ iſti.i.perſi ĩpediunt ne faciãt.i.ĩpediũt facere nõ qa illis iuſta cã deſit:ſed ſũma maleuolẽtia & liuore ſcilicet ſummo.i.tetra inuidentia/que hominẽ liuidum facit:hoc eſt plumbei coloris:qualis fit ex morſu non aperta cute aut ex congreſſu uiolẽto:unde Tibullus. Tum ſuccos hærbaſq; dedi/quis liuor abiret. Quem facit impreſſio mutua dente Venus.Et Iuuenalis: Vuaq; conſpecta liuorem ducit ab uua. Interpellent.i.imo aut concedo ut interpellent: ideſt diſturbent & impediant me/quominus: ideſt ut non ſim honoratus:dum ne.i. non interpellent:ideſt impediant quominus.i.ut non:ut reſpu.non poſſit adminiſtrari cõmode a me. Quæ.ſ. reſpub.in quanto.ſit periculo. ego exponam:ideſt declarabo:q̃.i.quãtum potero breuiſſime.Primum omniũ non fugit te.i.ſcientiam tuam:hoc eſt bene ſcis:quãtam perturbationem omnium rerum urbanarum hoc eſt urbis Romæ quæ per excellentiã dicitur urbs/obitus.i.interitus & cædes cõſulũ.ſ.Panſæ & Hircii in bello occiſorum:adferat.ſ.modo:eſt enim præſentis ꝯiunctiui non futuri optatiui:& quãtam cupiditatem nouitas.ſ. ſtatuum & gubernatorum iniiciat.i.q̃ cupidi & auidi ſint hoĩes:ut ſemper fuerunt inouandarũ rerum: iniecta.ſ.ſpe per mortem conſulũ.Et ſup.aut de qua re.Ego arbitror me ſcripſiſſe ſatis multa quæ poſſunt commendari.i.tuto credi literis.Scio enim cui ſcribam:quia amatori reipu.& homini ſapientiſſimo.

Liuor.

Reuertor nũc ad Antonium:q ex fuga cũ paruulã manũ militũ haberet inermiũ:ergaſtula ſoluẽdo:omneq; genus hoĩum arripiẽdo:ſatis magnũ numeꝝ uidetur effeciſſe:huc acceſſit manus Ventidii:quæ trãs Apenninum itinere facto difficillimo:ad uada peruenit:atq; ſe ibi cũ Antonio coniunxit. Eſt numerus ueteranoꝝ:& armatorum ſatis frequens:cum Ventidio cõſilia Antonii hec ſint:næceſſe eſt.aut ad Lepidum ut ſe conferat:ſi recipitur:aut Apennino:alpibuſq; ſe teneat:& decurſionibus per equites quos habet mltos: uaſtet ea loca:quæ incurrerit aut rurſus ſe in Hetruriã referat:q; ea pars Italiæ ſine exercitu eſt. Quod ſi me Cæſar audiſſet:atq; in Apenniũ tranſiſſet: in tãtas anguſtias Antoniũ compuliſſet:ut inopia potius q̃ ferro conficeretur.Sed neq; Cæſari imperari poteſt: nec Cæſar ſuo exercitui:quod utrũq; peſſimum eſt. Cũ hec talia ſint quominus:quod ad me pertinebit: hoĩes interpellent ut ſupra ſcripſi:nõ impedio.Hec queãdmodum explicari poſſint:aut te explicabuntur:ne impediantur timeo. Alere milites iã non poſſum. Cum ad rempu. liberandã acceſſi: mihi fuit ſeſtertiũ quatuor millibus amplius. Tantũ abeſt:ut meæ rei familiaris liberũ ſit quicq̃:ut meos iã oẽs amicos ære alieno obſtrinxerim. Septenũ numerũ legionũ alo:q̃ difficultate tu arbitrare. Nõ ſi Varrõis theſauros hẽrẽ:ſuſtinere ſũptũ poſſem. Cũ primũ de antonio exploratũ habuero:faciã te certiorẽ. Tu me amabis:ſi me hoc idẽ in te facere ſenſeris.iii.nonas ex caſtris Derthona. Vale.

Reuertor nũc ad Antoniũ qui cũ haberet paruulã manum militũ inermiũ ex fuga.ſ. collectoꝝ:uidet effeciſſe ſatis magnum numerũ.ſ.militũ/ſoluẽdo.i. aperiẽdo ergaſtula.i.carcerẽ ſeruoꝝ:aut ergaſtula.i.ſeruos ipſos qui in ergaſtulis ligati tenebant ad faciendũ opus dominis ſuis:& arripiẽdo oĩe genus hoium:ut ſunt latrones:ſicarii:exſules:parricidæ:qui ſolũ uerterũt & ſiles.Huc.i.ad hoc malũ:aut ad hãc uim militũ:acceſſit.i.addita eſt manus.i.exercitus Ventidii: q̃.ſ.manus itinere difficillimo facto trans Apẽninũ.ſ.montẽ qui Italiã dirimit a Liguſtico mari in Adriaticũ fere protẽſus: puenit Vada.ſ.Sabatia nũc quidã portũ Vadorum ad Saonã dici uolunt:atq; coniunxit ſe ibi cũ Antonio.Numerus ueteranoꝝ & armatoꝝ.ſ.militũ cũ pus paucos armatos habuiſſet eſt ſatis frequẽs.ſ.in exercitu Antonii poſt aduentũ Ventidii Næceſſe eſt ut cõſilia Antonii cũ Ventidio ſint hec:aut ut.ſ. Antonius cõferat ſe ad Lepidũ ſi recipitur ſ.a Lepido:aut teneat ſe Apẽnino.ſ.mõte& alpibus:hoc eſt in Liguria inter Apenninũ & alpes:& uaſtet ea loca q̃ incurrerit decurſionibus per eqtes quos habet mltos:aut referat ſe rurſus in Hetruriã/q; ea ps Italiæ ẽ ſine exercitu.qđ ſi Cæſar.ſ. Octauius/audiſſet me:atq; trãſiiſſet ĩ Apẽninũ ꝑcluſurus ſ.iter Vẽtidio:ipſe cõpuliſſet Antonium in tãtas anguſtias/ut cõficeret.i. cõſumaretur & periret potius inopia.ſ. cõmeatus q̃ ferro Sed neq; poteſt.ſ.a me aut quoq̃ impari Cæſari:nec Cæſar ſup.põt imperare ſuo exercitui qđ utrunq; eſt peſſimũ.Cũ hec ſint talia.i.tã periculoſa non impedio.i.nõ obſto: ut ſcripſi ſupra:quo.i.ut:hoĩes minus.i. nõ interpellent.i. diſturbent quod pertinebit ad me:ideſt ad honorem meum.Ego timeo ſ.non inueniri/aut timeo pro dubito: ſicut dubito pro timeo interdũ accipitur queadmodum hec.ſ.quæ impendent mala poſſint explicari .i. extricari & abſolui:aut ne impediantur cum:ideſt quando explicabũtur a te.Ego nõ poſſum iam alere milites:quia pecuniæ defecerunt.Cum.i.quando acceſſi ad rempu.liberandã:fuit mihi amplius quatuor millibus ſeſtertium: pro ſeſtertioꝝ:

Seſtertium

pro ſeſtertiorum:qđ ſi non dicitur:dicere tamẽ licet/quia ſeſtertius reperitur:ſit ordo:ſeſtertiũ fuit mihi amplius quattuor millibus. Tantum abeſt ſup.nunc ut quicq̃ rei meæ familiaris ſit liberum.i.nõ obligatum ære alieno:ut obſtrinxerim iam omnes amicos meos ære alieno.i.debito quo ſe ꝑ me obligauerunt. Ego alo numerum ſeptenum legionũ.i.legiones ſeptẽ numero:in quibus ſunt ultra quadraginta millia militum. Arbitrare tu.i.exiſtima:qua difficultate.q.d.nimirum maxima. Ego nõ poſſem ſuſtinere ſumptus.i.impendia: ſi haberẽ theſauros Varronis:hominis ditiſſimi. Ego faciam te certiorem cum primũ habuero ſup. aliquid exploratũ de Antonio. Tu amabis me ſi ſenſeris ſup.me facere hoc idem in te. Datum ſup.aut ſcriptum Derthonæ:alii habent Derthona ſubaudiendo ẽ:ex Caſtris tertio Nonas Maias. Vale.

D.Brutus imp.& Conſ.Deſ.M.T.C.S.D.

EOdem exẽplo literæ a te mihi redditæ ſunt: quo pueri mei attulerũt. Tãtũ me tibi debere exiſtimo:quãtũ perſoluere difficile ẽ. Scripſi tibi:q̃ hic gererent. in itinere eſt Antonius:ad Lepidũ ꝓficiſcit:ne de Plãco qdẽ ſpem adhuc abiecit:ut ex libellis eius aĩaduerti:q in me inciderũt. In quibus quos ad Aſiniũ:quos ad Lepidũ:quos ad Plãcũ mitteret ſcribebat. Ego tamen non habui ambiguum:& ſtatim ad Plancum miſi:& biduo ab Allobrogibus:& totius Galliæ legatos expecto:quos confirmatos domũ remittam. Tu quæ iſtic opus erunt adminiſtrari/proſpicies:ut ex tua uoluntate:reiq; pub.commodo fiãt. Maleuolentiæ hominum in me ſi poteris occurres: ſi non poteris hoc conſolabere q; me de ſtatu meo nullis contumeliis deterrere poſſunt: pridie nonas. Maii ex caſtris:finibus Statilentium.

EOdem &c. Ex Alpibus ſcribens Brutus dicit ſe dubitare de Lepido & Plãco ne cũ Antonio coniungant:quia miſerat ad eos nuntios occulte.dicit ſe expectare Allobrogas:& petit a Cice.defendi. Ordo eſt. Literæ ſunt redditæ mihi a te.ſ.miſſæ: eodẽ exemplo.i.eadem forma ſcribendi&eodem argumẽto quo pueri mei.i. ſerui/attulerũt i.annũtiauerũt mihi uerbis:hoc eſt id quod pueri mihi annuntiauerant de te: perſpexi in literis tuis quæ fuerunt conſonæ uerbis eorũ:& iõ Ego exiſtimo.i.iudico/me debere tibi tãtũ:q̃tum difficile ſit:ꝑſoluere. Scripſi tibi quæ gerentur hic. Antonius eſt ĩ itinere:proficiſcit ad Lepidũ:ne quidẽ.i.nõ ẽt aut ſaltẽ abiecit ſpem de Planco.ſ.in partes ſuas uocãdo/ut animaduerti ex libellis ideſt epiſtolis eius:q inciderũt in me.i.in manus meas aut meorũ. In quibꝰ: ſcilicet libellis ſcribebat/quos.ſ.nũtios aut ſollicitatores mitteret ad Aſinũ.ſ.Pollionẽ in Hiſpaniam:quos mitteret ad lepidũ/quos ad Plãcum. Ego tamẽ nõ habui ambiguũ.i.dubiũ: & miſi ſtatim ad Plãcum:& expecto biduo i.intra biduũ:legatos ab Allobrogibus populis Galliæ inter alpes & Rhodanũ:&legatos totius Galliæ:quos.ſ.legatos:ubi uenerint:ego mittã domũ.ſ.ſuã:cõfirmatos.ſ.in fide rip.Romãæ:ſi ꝓſpicies q̃ opꝰ erũt adminiſtrari iſtic.i. Romæ: ut fiãt ex uoluntate tua &cõmõ reip. Tu occurres.i.reſiſtes ſi poteris maleuolentiæ hoĩm in me ſi nõ poteris: cõnſolabere ſup.te:hoc.iꝰ hac re:q; ipſi maleuoli nullis contumeliis pñt deterrere me de ſtatu meo. Vale.&c.

M.T.C.D.Bruto.Imper.S.D.

TReis uno die a te accœpi epl̃as unam breuẽ:quã Flacco uolũuio dederas:duas pleniores: quarũ alterã tabellarius T.Iubii attulit:alteram ad me miſit Lupus. Ex tuis literis & ex Græceii oratione non modo nõ reſtinctũ bellũ:ſed ẽt inflammatũ uidet. Nõ dubito aũt pro tua ſingulari prudẽtia quin perſpicias: ſi aliqd firmitatis nactus ſit Antonius:oĩa illa tua ꝓclara in rẽp:merita ad nihilũ eſſe uentura. Ita enim Romam erat nũtiatũ:ita pſuaſum oĩbus:cũ paucis inermibus perterritis metu:fracto animo fugiſſe antoniũ Qui ita ſe habet:ut queãdmodũ audiebã de Græceio. cõfligi cũ eo ſine piculo nõ poſſit:nõ ille mihi fugiſſe

TRes &c. Cum intellexiſſet Cicero q̃s uires haberet Antonius dicit eũ non fugiſſe ſed locũ mutaſſe uideri: itaq; brutũ culpari q; eũ non ſit ſtatim perſecutus:moneto; caueat dare iuſtã q̃rellæ cãm. Ordo eſt Ego accœpi a te tres epiſtolas uno die:unã breuẽ quã dederas.ſ.perferendã Flacco Volumnio:duas pleniores.i.plenĩꝰ rẽ declarantes qa ꝓlixiores. Quarũ.ſ.duarũ: tabellariꝰ Titi Iubii attulit alterã: Lupus miſit ad me alterã. Bellũ uidet ex literis tuis.i. ut ſonãt lr̃æ tuæ:& oratiõe Græceii.i. ſecũdũ q; Græceius locutus eſt:nõ modo nõ reſtinctũ/ſed ẽt inflãmatũ. Non dubito aũt quin perſpicias pro ſingulari prudẽtia tua:ſi Antoniꝰ nactus ſit.i.adq̃ſiuerit aliqd firmitatis:oĩa illa præclara merita tua in remp.eſſe uẽtura ad nihilũ:quia nũc uidearis tantũ peccaſſe quãtum prius demeruiſſe. Enim.i.qa nũtiatum erat Romam Ita:perſuaſum erat oĩbus ita:

a Mutina uidet̃:ſed locum belli gerendi mutaſſe.Ita/ꝗ hoĩes aliis fracti ſunt:nõ nulli etiam querunt̃:ꝙ ꝑ/ſecuti nõ ſitis.Opprimi potuiſſe: ſi celeritas adhibita eſſet exiſtimant.Omnĩo eſt hoc populi:maximeq; noſtri in eo potiſſimũ abuti libertate:per quẽ eam conſecutus ſit.Sed tñ prouidendũ ſit:ne quia iuſtã querella eſſe poſſit.Res ſic ſe habet. Is bellum confecerit:qui Antonium oppreſſerit.Hoc quam habeat uim te exiſtimare malo:ꝙ̃ me apertius ſcribere. Vale.

Antonium fugiſſe aĩo fracto.i.habens animum fractum:cũ paucis.ſ.militib⁹:inermibus:& ſup.ꝑterritis metu. Qui.ſ.Antonius:ſi hꝫ ſe ita/ut nõ poſſit cõfligi.i.ꝯflictus fieri hoc eſt Pugnari cum eo ſine periculo/queadmodũ andiebã de.i.ex uel a Græceiio ille.ſ.Antonius/nõ uidetur mihi fugiſſe de Mutina:ſed mutaſſe locũ gerendi belli. Ita ꝗ.i.& ita homines:hoc eſt ciues Romãi:alii i.aliq:ſunt fracti.ſ.anio.i.deſperantes de uictoria:nõnulli/querunt̃.i.conquerunt̃ etiã ꝙ non ſitis perſecuti eos.ſ.fugientes:tantiſper dum erant trepidi & inermes. Ipſi ſup.exiſtimant eos põtuiſſe opprimi.i.ui expugnari & occidi:ſi celeritas.ſ.perſequẽdi eos eſſet adhibita.Callide quod ipſe opinatur ne Brutum lædat dicit alios opinari:uerũtamen fieri potuit ut & alii opinarẽtur.Hoc.ſ.qd dicet/uidelicet abuti libertate.i.nimis libere loqui:potiſſimum.i.precipue in eo:uidelicet in te:per quem conſecutus ſit eam.ſ.libertatem. Eſt omnino.ſ.proprium populi & maxime noſtri.i.nobis fauentis.Sed tamen.i.tametſi forte populus id inique fecerit tamen prouidẽdum ſit:nequa iuſta querella poſſit eſſe.Res.i.negocium hoc:habet ſic ſe:ſup.ut:is confecerit i.finierit bellum/qui oppreſſerit Antonium.Quam uim.i.efficaciam.habeat hoc.ſ.cõſilium aut dictum:malo te exiſtimare.i.iudicare ꝙ̃ me ſcribere apertius. Vale.

D.Brutus.M.T.C.S.P.D.

IAm non ago tibi gratias. Cui enim re uix referre poſſum:huic uerbis nõ patit̃ res ſatiſfieri.Attendere te uolo:quæ in manibus ſunt:ꝗ̃ eñ prudentia es:nihil te fugiet:ſi meas literas diligẽter legeris:Sequi cõfeſtim Antoniũ his cauſis Cicero non potuerã:ſine equitibus/ſine iumentis.Hirciũ periiſſe neſciebam:Cæſari nõ credebã prius ꝙ̃ conueniſſem & collocutus eſſem.Hic dies hoc mõ abiit.Poſtridie mane a Panſa ſum accerſitus Bononiã.Cum in itinere eſſem:nuntiatũ mihi eſt eum mortuũ eſſe. Recurri ad meas copiolas:ſic eñi uere eas appellare poſſum ſunt extẽuatiſſie:& iopia oim reꝝ peſſime accœptæ:Biduo me Antõius ãteceſſit itinera multo maiora fugiẽs ꝙ̃ ego ſeqns.Ille eñ iit paſſi:ego ordiati.Quacũq; iuit ergaſtula ſoluit:hoĩes arripuit:cõſtitit nuſꝗ̃ ꝓus:ꝗ̃ ad uada uenit.Quẽ locũ uolo tibi eſſe notum.Iacet inter Appenninum& Alpes ĩpeditiſſimus ad iter faciendũ.

IAm&c.Quia in præcedenti epiſtola cicero familiariter monuerat Brutum ut daret operã ne iuſta habeat̃ de eo querella Brutus ſe tantũ debere Ciceroni fatetur ut agẽdo gratias nõ putet ſe ſatiſfacturũ. Purgat aũt ꝙ non ſtatim perſecutus ſit Antõiũ adducens uarias rõnes & bonam de ſe ſpem cõcitans.Ordo eſt. Iam nõ ago gratias tibi i.iam nõ eſt mihi honeſtũ aut ſatis agere.i.uerbis dicere tibi gratias:eñ.i.qa:res nõ patitur ſatiſfieri uerbis:huic/cui uix poſſum referre.i.tãtũdẽ ferre atq; accœperim re.ſ.ipſa:reddendo.ſ.rẽ aut operã æquiualẽtem.Ego uolo te attẽdere.i.animaduertere/quæ ſunt in manib⁹.i.parata ut ꝓxime fient.Eñ i.qa:qua prudentia es.i.ſcdm eã prudẽtiam qua polles:nihil fugiet.i.preteribit aut latebit te.i.rem omnẽ intelliges:ſi legeris lr̃as meas diligenter.O Cicero:ego non potueram ſeq Antoniũ cõfeſtim.i.cũ feſtinatione ſtatim poſt cladẽ apud Mutinã ab eo accœptam his cauſis.i.ꝓpter has cauſas ſine eqtibus & ſine iumẽtis.i.cũ non haberẽ equites ut ille:& deeſſent iumenta ꝗ impedimenta noſtra ferrent.Vna cãrum eſt ꝙ neſciebam Hirciũ.ſ.cõſulem periiſſe.Ego non credebã Cæſari.ſ.Octauio:priuſꝗ̃ coueĩſſem ſup eũ & locutus eſſem.ſ.cum eo.hic dies.ſ.qui tunc erat:abiit.i.trãſactus eſt hoc mõ.ſ.cũ auxilia & conſilia deeſſent Ego ſum accerſcitus.i.uocatus Bononiam.i.in eam urbem:poſtridie.ſ.eius diei:hoc eſt die proxime ſequenti:mane.i.cum prima luce a Panſa.ſ.conſule.Cum eſſẽ in itinere nuntiatum eſt mihi ſup.Panſam eẽ mortuũ.ſ.ex uulnere accœpto.Ego recurri ad copiolas.i.modicaſ copias meas.i.uires exercitus mei:Poſſum appellare eas uere ſic.i.per diminutionẽ copiolas non copias.Nam ſup.ipſe ſunt extenuatiſſimæ.i.maxime extenuatæ& ĩminute:& acceptæ.i.affectæ peſſime.i.incõmodiſſime:inopia.i.ꝓpter inopiam omniũ rerũ:Antonius anteceſſit me biduo.i.ſpatio duorum dierum:fugiens.i.fugiendo faciens itinera.i.ut dicunt dietas:multo maiora:qa fugientibus ſemp comes eſt celeritas:Vnde facete maior:pedibus timor addidit alas:ꝙ̃ ego ſequens:affert rõnem.Enim.i.qa:ille.ſ.Antonius fugiẽs iit.i.iter fecit:paſſim.i.uage quacunq; uiam reperiebat:alii legũt ſparſim.i.diſperſo exercitu ex fuga:ego ſup.iui aut proceſſi ordiatim.i.agmine in ordinem inſtructo.Quacũq;.i.

ꝑ quecunq;

ꝑ quẽcunq; locum Antonius ſup.iuit:ſoluit ergaſtula.i.carcerẽ ſeruorũ ad opus faciẽdũ in ergaſtulis cathẽis uinctorũ:arripuit hoĩes.ſ.prius uinctos:aut alios ſe ſibi iugẽtes:Nuſꝗ̃ cõſtitit.i.mãſit ſtãs:priuſꝗ̃ uẽit ad uada ſ.Sabatia.Quẽ locũ uolo eẽ notum tibi.iacet inter Apẽninũ & Alpes:eas ſup.ĩpeditiſſimus ad iter faciendum.

Cum abeſſem ab eo millia paſſuũ triginta:& ſe iã Ventidio cõiunxiſſet:cõcio eius:ad me eſt allata:i qua petere cœpit a militibus:ut ſe trans alpes ſequerent̃:ſibi cũ.M.Lepido cõuenire:ſucclamatũ eſt:& frequenter a militibus Ventidianis(nã ſuos ualde ꝙ̃ paucos habet)ſibi aut in Italia pereũdũ eſſe:aut uicẽdum:etiã orare cœperunt:ut Pollentiam iter facerent.Cum ſuſtinere eos non poſſet:in poſterũ diem iter ſuũ cõtulit Hac re mihi nũtiata ſtatim quinq; cohortes Pollentiã præmiſi:meũq; iter eo contuli.Hora ante preſidiũ meum Pollentiã uenit:ꝙ̃ Trebellius cũ equitibus. Sane ꝙ̃ ſum gauiſus.In hoc enim uictoriam:puto conſiſtere.In ſpem uenerant:ꝙ neq; Planci quatuor legiones omnibus ſuis copiis pares arbitrabant̃:neq; ex Italia tam celeriter exercitum traiici poſſe credebant.Quos ipſi adhuc ſatis arroganter Allobroges:eqtatuſq; omnis qui eo ꝑmiſſus erat a nobis:ſuſtinebant. noſtroq; aduentu ſuſtineri facilius poſſe confidimus.Tamenſi quo etiam caſu Hiſaram ſe traiecerint:ne qd detrimẽti reip.iniungant:ſũma a nobis dabit̃ opera.Vos magnũ animũ optimãq; ſpem de ſumma reip. habere uolumus.cũ & nos & exercitus noſtros ſingulari cõcordia cõiunctos ad oĩa pro uobis uideatis paratos. Sed tñ nihil de diligentia remittere debetis:dare operam ut ꝗ paratiſſimi ab exercitu:reliquiſq; rebus pro noſtra ſalute contra ſceleratiſſimam conſpirationem hoſtiũ confligamus.Qui quidem eas copias:quas diu ſimulatione reip.cõparabant:ſubito ad patriæ periculum conuerterunt. Vale.

Cum.i.quãdo:ego abeſſem ab eo.ſ.Antonio:aut ab loco iam deſcripto:triginta millia paſſuum:& ſup.Antonius cõiunxiſſet ſe iã Ventidio:cõcio.i.orõ quã ad milites ſuos habuit:ẽ allata ad me:ſ.per occultos exploratores:aut ꝑ trãſfugas:in qua.ſ.cõciõe Antonius cœpit.i.cœperat petere a militibus:ut ſeqrentur ſe trans alpes:qa ſup.dixit:cõuenire.i.concordiã eſſe ſibi cũ Marco Lepido.Succlamatũ.i.ſtatim poſt cõcionẽ clamatum eſt:&.i.ẽt frequẽter a militibus Ventidianis.i.quos Ventidius adduxerat:nã habet ualde ꝗ̃.i.ꝑꝗ̃ paucos ſuos.i.quos ipſe ex fuga eduxerat ꝑter equites:aut pereũdũ eẽ ſibi.ſ.militibus in Italia:aut uincendum in Italia.Etiã ſup.milites cœperũt orare ut facerent iter Pollentiam.i.ad eã urbe Liguriæ in loco alto ad Tanarũ fluuiũ quẽ a ſiniſtra habet Cũ ſup.Antonius/nõ poſſet ſuſtinere eos.i.impetũ eorũ:quin irent quo uellent ipſe contulit iter ſuũ in diem poſterũ.i.proxime ſecuturũ.Hac re nũtiata mihi:preter miſi ſtatim quinq; cohortes Pollentiã.& cõtuli iter meũ eo.i.ad eam.Præſidiũ meũ ꝑmiſſum.ſ.ad cuſtodiã urbis illius:uenit Pollentiã hora.i.ſpatio unius horæ:anteꝗ̃:Trebellius ſup.uenit cũ equitibus.ſ.Antonianis.Ego ſũ ſane ꝗ̃.i.perꝗ̃ gauiſus.Puto eñ uictoriã cõſiſtere in hoc.i.in occupatõe Pollentiæ:Ipſi ſup.uenerãt in ſpem.ſ.uictoriæ aut ꝑuentionis:ꝙ neq; arbitrabantur ꝗtuor legiones Planci pares oĩbus copiis ſuis.neq; credebãt exercitũ poſſe traiici tam celeriter.ſ.ut ſubueniri poſſit Planco/ex Italia.Quos.ſ.Antonianos:ipſi Allobroges.ſ.populi Galliæ:& oĩs equitatus ꝗ ꝑmiſſus erat a nobis:ſuſtinebant adhuc ſatis arrogãter.i.iactanter:nullo mõ dimiſſis animis:& confidimus ſup.eos poſſe ſuſtineri facili⁹ noſtro aduentu.i.per aduentũ noſtrum.Tamen ſi ipſi.ſ.hoſtes:traiecerint ſe quo.i.aliquo caſu ẽt Iſaram.ſ.fluuiũ iuxta Grationopolim.ſumma opera dabit̃ a nobis:ne iniũgãt aut potius ingerant aliqd:detrimenti reip.Nos uolumus uos.ſ.qui in urbe eſtis:habere magnũ animũ/& optimã ſpem de ſũma.i.ꝑcipua ſalute reip.cũ uideatis & nos & exercit⁹ noſtros cõiunctos ſingulari cõcordia paratos uobis ad oĩa.ſ.ſubeũda.Sed tñ nihil debetis remittere de diligẽtia:& ſup.debetis dare operã:ut nos confligamus ꝗ̃ paratiſſimi ab exercitu & reliqs reb⁹.i.in iis ꝗ̃ cõcernũt exercitũ & reliqs/res ꝓ ſalute nr̃a/cõtra ſceleratiſſimã cõſpirationem.hoſtiũ.Qui.ſ.hoſtes:qdẽ.i.certe:cõuerterunt ſubito ad periculum patriæ eas copias:ꝗs comparabant diu/ſimulatione.i.per ſimulationem reip.ſ.iuuandæ. Vale.

M.T.C.D.Bruto imp.S.D.

MIrabiliter mi Brute lætor mea cõſilia meaſq; ſnĩas a te ꝓbari de decẽuiris:de adornando adoleſcẽte.Sed qd refert?Mihi crede homini non

MIrabiliter &c.Scripſerat cõſilia ſua de decem uiris creandis uel dignitate concedenda Cæſari:ꝙ placuiſſe Bruto dicit ſe gaudere:addens quãtũ de eo ſperet& qd de libertate pub.Ordo eſt.O mi Brute/ego lætor mirabiliter:conſilia mea & ſnĩas

meas de decẽuiris & de adulescente.ſ. Cæſare adornãdo:pbari.i.ad probari a te.Sed qd refert.i.interest.ſ.ſic ſe res habere an aliter Respõſio.O Brute crede mihi homini non glorioſo.i.non affectanti gloriã ſed qd uerum est ſimpliciter patenti:ego iam frigeo i.in ocio ſum plane.i.oĩno.Eĩn.i.qa ad organum meũ ſenatus.i.quo ſonabã i ſenatu exitãdo:erat iam diſſoluſũ.i.non amplius tenſum:qa ſicut chordæ tenſæ acutius ſonant ſolutæ lẽtius:ita homo curis agitatus ad cõcionem acrior est:ſecurus remiſſior:ſe autẽ ſecuriorem factum docet addens. Victoria tua explorata.i.manifeſta:præclara eruptio tua Mutinæ:ubi obſeſſus obſidẽtes in fugã uertiſti.Fuga Antonii:exercitu ſup.conciſo i.ſimul cæſo:attulerat ſup.nobis tãtã ſpem: ut animi oĩm ſint relaxati:& illæ uehemẽtes cõciões meæ:uident eẽ tanq̃ σκιαμαχίαι ſciamachiæ.i.umbratiles pugnæ.i. in cubiculo aut ſcholis excogitatæ:σκιὰ dicit umbra σκιαμαχεῖν pugno cũ umbra:nã μαχη pugna dicit. Sed ut redeã ad rem ꝓ ueniam ad rem.i.principale iſtitutum:negant legionem Martiã & quartã perduci.ſ. poſſe ad te ulla condicione:negant inquã qui norunt illas.Ratio.i.inuentio aut ſupputatio pecũiæ quã deſyderas:& ea habebit.Ego aſſentior tibi ualde de Bruto.ſ.Marco accerſendo:& de cæſare tenẽdo ad pſidiũ.i.cuſtodiã Italiæ.Sed:ut ſcribis:tu habes obtrectatores:quos equidẽ.i.ego qdẽ ſuſtineo.i.perfero ita q̃ me defenſorẽ tui nõ uideãt/facillime.Sed hoies mirant̃ bellũ renatum iſtic.ſ. cum Antonio.Nihil ſup.accidit:unq̃ tam ꝓter ſpem.Nam uictoria nũtiata.i.poſtq̃ erat nũtiata:die tuo natali:qui.ſ.celebrabat ab oĩbus cũq̃ bñ meriti de patria:uñ Iuuenalis Qualę coronati Heluidius Traſcaſq̃ bibebant Brutorũ & Caſſi natalibus:nos uidebamus remp.liberatã/multa ſæcula:ſed ſup.timores noui retexũt.i. deſtruũt ſupiora.ſ.gaudia.Scripſiſti aũt ad me iis.ſ.literis quas dediſti ad me idibus Maiis:te recepiſſe ciuẽ.i.paulo ante literas a planco:Antonium:i.q̃ dicebant Antonium non recipi a Lepido.Si idest ita omnia ſup.erunt facilio ra:ſin.i.ſed ſi:aliter ſup.ſit magnum negociũ ſup.erit.i.difficile bellum:cuius exitum idest finem ne extimeſcam ſunt tuæ partes.i.ad tuum officium pertinet.Ego non poſſum plus facere q̃ feci. Tamen cupio id quod ſpero:ſcilicet uidere te maximum clariſſimum omnium.ſ.mortalium Vale.

M.T.C.D.Bruto impera.S.D.

PEr magni intereſt:quo tibi hæc tpe epiſtola reddita ſit:utrũ cũ ſollicitudinis aliqd haberes:an cũ ab oĩ moleſtia uacuus eſſes.Ita q̃ ei p̃cœpi: quẽ ad te miſi:ut tp̃s obſeruaret epiſtolæ tibi reddẽdæ.Nã quẽadmodũ coram q̃ ad nos intempeſtiue adeũt moleſti ſæpe ſunt:ſic epiſtolæ offendũt nõ loco redditæ.Si aũt:ut ſpero:nihil te perturbãt.nihil ĩpedit: & ille cui mandaui ſatis ſcite:& commode tẽpus ad te cœpit adeundi cõfido me:quod uelim a te facile impetraturũ. L. Lamia prætura petit:hoc ego utor uno oĩum cõſuetudo intercedit:quodq̃ plurimũ ualet:nihil mihi eius est familiaritate iucundius.Magno p̃terea beneficio eius magnoq̃ merito ſum obligatus.Nam clodianis temporibus cũ eq̃ſtris ordinis princeps eſſet:proq̃ mea ſalute acerrime propugnaret a Gabinio conſule relegatus est:qd'ante id tp̃s ciui romano romæ contigit nemini Hoc cum.P.R.meminit meipſum nõ meminiſſe turpiſſimum est.Quapropter perſuade tibi mi Brute:me petere p̃turam. Quãq̃ enĩ Lamia ſũmo ſplendore:ſumma gratia est magnificẽtiſſimo munere ædilitio:tamen quaſi ea ita non eſſent ego ſuſcœpi totum negocium.Nũc ſi me tanti facis:q̃ ti certe facis:quando equitum conturias tenes:in quibus regnas:mitte ad Lupum noſtrum:ut is nobis eas centurias conficiat.Nõ tenebo te pluribus Ponam in extremo quod ſentio.Nihil est brute:cum omnia a te expectem:quod mihi gratius facere poſſis.

PEr magni&c. Hæc epiſtola cõmendatitia: paucis uerbis nim ampliſſimam cõtinet.Cõmẽdat aũt Lamiã Bruto abñti petens ab eo ut lupus ꝓ eo cẽturias ꝓueniat ad p̃turã eidẽ imperrandã.Ordo est.Interest.i. refert/permagni quo tpe hæc epla ſit reddita tibi:utꝫ cũ haberes aliqd ſollicitudinis an:cũ eſſes uacuus ab oĩ moleſtia. Itaq̃ ego p̃cepi ei quẽ miſi ad te ut obſeruaret.i.cuſtodiret tempus.i. oportunitatẽ eple reddendæ tibi.Nã quẽadmodum q̃ coramꝫ.i.cũ ſint in preſentia adeũt uos intẽpeſtiue.i.nõ ſuo:tẽpore:ſũt ſæpe moleſti:ſic epiſtolæ offendũt redditæ nõ loco.ſ.ſuo.i.non oportune. Aũt i.ſed ſi nihil pturbat te ut ſpero: & ſup.nihil ĩpedit/ & ille cui mãdaui/cœpit ſatis cõmode tp̃s adeundi ad te:ego confido me facile impetraturũ qd' cõfido.ſ.poſſe impetrare. Lucius Lamia petit p̃turã: ego utor hoc uno.ſ.uiro/plurimũ/abuerbiũ est.i. frequẽtiſſime oĩum.Magna uetuſtas.ſ.amicitiæ:& magna cõſuetudo.i.conuerſatio itercedit i. inter nos cõmunis est:&qd'ualet plurimum ſ.ad amorẽ & gr̃am:nihil est mihi iucũdius familiaritate eĩ'.Præterea ego ſum obligatus magno beneficio &magno merito eius. Nam clodianis tpibus.i.cũ pſequeretur me Clodius:cum.ſ.Lamia eẽt princeps ordinis æqueſtris:& propugnaret acerrime pro ſalute mea/relegatus est.i.alienã prouinciã legatus est a Gabinio cõſule/qd' nemini.i. nõ alicui:non cõtigit alicui ciui Romano ante id tempus.Cũ populus Romanus meminit hoc.ſ.ipſum feciſſe & poſſum eſſe pro me: turpiſſimũ ẽ meipſum nõ meminiſſe.Quapropter perſuade tibi o mi Brute/me petere præturã.i.acſi peterem ꝓ me.Enim.i.qa: q̃q̃ Lamia est ſummo ſplendore & ſuprema gratia.i.habens ſummam gratiã in populo magnificẽtiſſimo munere ædilitio.i. ꝓpter munus ædilitium ab eo magnificentiſſime exhibitũ:tamen ego ſuſcœpi.i.ad me cepi totum negocium quaſi ea.ſ.iam dicta:hoc est ſplẽdor gratia:& munus ædilitium p̃clare exhibitũ:nõ eſſent ita.Nunc ſi tu facis.i.æſtimas me tanti quãti certe facis: quãdo.i.quoniam tu: tenes.i.in poteſtatẽ habes cẽturias equitũ:in quibus regnas:qa imperator es mitte ad Lupum noſtrũ: ut is conficiat.i. fauorabiles faciat centurias. Ego non tenebo te pluribus.ſ.præcibus occupatam. Ego ponã in extrẽo.i.fine eplæ/qd̃ ſentio.o Brute cũ ego expectẽ.i.ſperẽ oĩa a te:nihil ẽ qd̃ poſſis facere mihi grati" Vale.

M.T.C.D.Bruto Imper.S.D.

ETſi mihi tuæ literæ iucundiſſimæ ſunt tũ iucũdius fuit:q̃ in ſũma occupatiõe tua Planco collegæ mãdaſti ut te mihi p literas excuſaret:qd' fecit ille diligẽter:mihi aũt nihil amabilius officio tuo & diligẽtia.Coniunctio tua cũ collega: cõcordiaq̃ ueſtra:q̃ literis oĩbus declarata ẽ.S.P.Q. R.gratiſſima accidit:Quod ſupeſt:pge mi Brute:& iã nõ cũ aliis:ſed tecũ ipe certa.Plura ſcribere nõ debeo p̃ſertim ad te quo magiſtro breuitatis uti cogito. Literas tuas uehemẽter expecto qdẽ tales q̃les maxie opto

M.T.C.D.Bruto impera.S.D.

PAmia uno oĩm familiariſſime utor.Magna eius in me non dico officia: ſed merita eaq̃ ſunt.P.R.notiſſima.Is magnificentiſſimo munere ædilitatis perfunctus petit p̃turam.Omneſq̃ intelligunt:nec dignitatem ei deeſſe: nec gratiã. Sed is ambitus extare uidet':ut ego oĩa pertimeſcam totãq̃ petitionẽ lamiæ mihi ſuſtinendã putẽ.In ea re q̃ tũ

PAmia &c.Cõmendat eodẽ argumẽto eũdẽ lamiã quẽ in ſuperiori epla Decio Bruto:ut eũ adiuuet in optinenda p̃tura q̃ nihil ſibi grati" fieri poſſe affirmat. Ordo est.Ego utor Lamia.ſ.lucio:uno.i. ſolo familiariſſime oĩum:magna ſunt eius in me:nõ dico officia:quæ ſũt qua ſi debita:ſed merita.i.beneficia gratis impenſa:&ea ſunt notiſſima populo Romano Is perfect' magnificentiſſimo munere ædilitatis:petit p̃turam.Omneſq̃ intelligunt: nec dignitatem ei dediſſe nec gratiam.Sed is ambitus.i. cor

exhibitũ:tamen ego ſuſcœpi.i.ad me cepi totum negocium quaſi ea.ſ.iam dicta:hoc eſt ſplẽdor gratia:& munus ædilitium p̃clare exhibitũ:nõ eſſent ita.Nunc ſi tu facis.i.æſtimas me tanti quãti certe facis: quãdo.i.quoniam tu: tenes.i.in poteſtatẽ habes cẽturias equitũ:in quibus regnas:qa imperator es mitte ad Lupum noſtrũ: ut is conficiat.i. fauorabiles faciat centurias. Ego non tenebo te pluribus.ſ.præcibus occupatam. Ego ponã in extrẽo.i.fine eplæ/qd̃ ſentio.o Brute cũ ego expectẽ.i.ſperẽ oĩa a te:nihil ẽ qd̃ poſſis facere mihi grati" Vale.

M.T.C.D.

me possis adiuuare facile ꝑspicio: nec uero q̄tum mea cā uelis dubito. Velim igit̄ mi brute tibi ꝑsuadeas: nihil me maiore studio a te petere: nihil te mihi gratius facere posse: ꝙ si oibus tuis opib⁹: oi studio Lamiā in petitiōe iuueris: qđ ut facias uehementer rogo. Vale.

ruptio suffragiorum ꝑ munera aut preces: uidet̄ extare.i.eminere: ut ego pertimescā oia.s.pro amico: & putē totā petitionem Lamiæ sustinēdam mihi.i.tanq̄ meā iuuandam ego facile perspicio quātū possis iuuari me in ea re nec ueros dubito quātum uelis causa mea. Velim igit̄ o mi Brute, sup. ut ꝑsuadeas tibi me nihil petere a te maiore studio te nihil posse facere: mihi gratius: q̄ si iuueris Lamiā in petitione.s.præturæ: oibus opibus.i. facultatibus tuis: & omni studio.s.tuo. Quod ut facias rogo uehementer. Vale. Dubitet forsitan quispiam cum de eadem prætura eiusdem anni pro eodem amico ab eodem Bruto petat: cur duabus id faciat epistolis: sed potuit alterum amicis Lamiæ dedisse ad Brutū: aut per suos misisse: alterā ipsi Lamiæ dedisse ꝑferendā: aut forte altera periret duas scripsisse: nō eiusdē penitus exempli ut res magis cordi uideretur nec ipse uerborum inops.

M.T.C.D.Bruto impera.S.dicit.

ETsi ex mandatis q̄ Galbæ: Volūnioq; ad Senatum dedisti: qd timēdū: suspicandūq; putares: suspicabamur tñ timidiora mandata uidebant̄: ꝙ erat dignū tua: populiq; ro. uictoria. Senatus aūt mi Brute fortis est: & habet fortes duces: Itaq; moleste ferebat: se a te quē oim qcūq; fuissent fortissimū iudicaret: timidū atq; ignauū iudicari. Etem̄ cū te incluso: spem maximā omnes habuissent in tua uirtute: florente Antonio quis erat q quicq̄ timeret: profligato illo te liberato? Nec uero Lepidū timebamus. Quis enim esset qui illum tam furiosum arbitraretur: ut qui in maximo bello pacē uelle se dixisset: is in optatissima pace bellum reipu. indiceret? Nec dubito qn tu plus prouideas. Sed tamen tam recenti gratulatione quam tuo nomine ad omnia deorum templa fecimus: renouatio timoris magnam molestiā adferebat: Quare uelim equidem id quod spero: ut plane abiectus: & fractus sit Antonius. Sin aliquid uirium forte collegerit: sentiet nec Senatui consilium: nec populo romano uirtutem deesse: nec reipub. te uiuo Imperatorem. xiiii. Kalen. Iunii. Vale.

ETsi.&c. Scripserat brutus se timere ne uires colligat Antonius: qđ displicere senatui utpote ꝙ ꝓfligatū timeret nūc scribit Cicero: cū tantā de eo spem ꝯcœperint. Ordo ē: Etsi idest q̄q̄: nos suspicabamur ex mandatis quæ dedisti Galbæ & Volumnio ad senatum.i.recitanda senatui: nos suspicabamur quid putares timendū & suspicandū ꝑ suspicio habēdū: aut ut: suspiciosum timēdum: tamen mēdata uidebant̄ timidiora.id est magis timida: q̄ erat dignū uictoria tua & populi Romani.s.habita de Antonio: Autem.i.sed o mi Brute senatus est fortis & habet duces fortes. Itaq;.i.& ita ferebat moleste: se iudicari timidum atq; ignauum, a te, quē iudicaret fortissimū oium quicunq; fuissent. Etenim cū te incluso.s.Mutinæ: omnes habuissent spem maximā in uirtute tua: florente Antonio idest cum Antonius floreret qs erat qui timeret quicq̄: illo.s. Antonio: ꝓfligato.i.decusso & pulso: & te liberato: q.d. nullus. Nec uero: timebamus Lepidum: qui enim eēt q arbitraret̄ illū.s.Lepidū tam furiosum ut qui dixisset se uelle parē in.i. durante mæximo bello: is indiceret.idest denūtiaret reip. bellum: in pace optatissima. q.d. nullus: & tamē secus euenit. Nec dubito qn tu prouideas plus.i.q̄ ut hoc non perspicias Sed tamē renouatio timoris: adferebat magnam molestiā: sup. in gratulatione tā recēti.i.tam paulo ante habita quā feremus tuo nomine ad omnia templa deorum: per supplicationes. scilicet indictas: qnquaginta dierum. Quare ego uelim qdē id qđ spero: ut Antōius sit plāe.i.oīno fractus & abiectus. Sin.i.sed: ipse colligerit forte aliqd uiriū, sentiet nec cōsiliū deesse senatui: nec uirtutē.s.bellicā.i.animositatē & fortitudinē: deesse populo Romano: nec imperatorē deesse reip. te uiuo.i.tātisper dū tu uiues. Decimoquarto kal. Iunii. Vale.

D.Brutus.M.Tul.Ciceroni.S.D.

AD senatum quas literas misi: uelim prius perlegas & siq̄ tibi uidebunt̄ cōmutes. Næcessario me scripsisse ipse animaduertes. Nam cū putarē quartam & martiam legiones mecū futuras: ut Druso:

Druso: Pauloq; placuerat: uobis assentiētibus minus de rebus reliquis laborandum existimaui: nunc uero cum sim cum Tironibus egentissimis: ualde & meam & uestram uicem timeam: næcesse est. Vicentini me & Marcum Brutum præcipue obseruant. His neq̄quā patiare iniuriam fieri in senatu uernarum causa: a te peto. Causam habent optimam officium in rempu. summum: genus hominum aduersariorum seditiosum: & inertissimum. Xii. Kalen. Iunii Vercellis.

AD senatū quas &c. Scripserat ad senatum Brut⁹ literas de belli cōficiēdi opinione: de Cæsaris & Lepidi: cōiunctiōe: quas a Cicerōe cōmutari petit. Ordo est. Ego uelim sup. ut perlegas prius eas lr̄as quas misi ad senatū sup. q̄ reddant̄ senatui: & uelī sup. ut cōmutes siqua uidebunt̄ tibi sup cōmutāda Ipse.i.tute aīaduertes.i. aīaduertendo intelliges me scripsisse næcessario. Nam cum putarem quartā & martiā legiones futuras mecū: ut placuerat Druso & Paulo uobis assentientibus. Ego existimaui minus laborādum.i.minus anxie agendū & curandum: de reliquis rebus. Nunc uero cū sim cū tironibus.i.nouitiis in re militari: egentissimis: scilicet armorū. cōmeatus & stipendii: næcesse est sup. ut timeam ualde & meā & uestrā uicem.i.sortē aut periculū quod ꝑ uices obitur dū eā uices alterius obimus eius quoq; pericula obimus: unde uices pro ꝑiculis quādoq; pōnimus ut æneí.ii. Nec tela nec ullas Vitauisse uices danaū &c. Vicentini.s. populi: de certis tamē ciuib⁹ loquit̄: non de oibus obseruant.i.colunt & honorant me & Marcū Brutū.s.fratrē: peto a te sup. ut: nequaq̄ patiare iniuriā fieri his in senatu causa uernarum.i.eo ꝙ læserunt uernas.i.seruos ex ancillis alterius familiæ potentis natos. Ipsi habent optimam causam: iudicio.s.Bruti: & habent officium.s. uum: summum in.i.erga remp. & habent genus hominum aduersariorum seditiosum.i.factiosum & inertissimum.i.minime industrium.

D.Brutus impera.M.T.C.S.D.

QVod pro me non facio: id pro te facere meus in te amor: tuaq; officia cogunt: ut timeam. Sæpe enim mihi cum esset dictum: neq; a me cōtemptū: nouissime Labeo Segulius hō sui simillimus narrauit mihi apud Cæsarem se fuisse: multumq; sermonē de te habitum eē. Ipsum Cæsarem: nihil sane de te questū: nisi dictū: ꝙ diceret te dixisse laudandum adulescentē: ornandū/ tollēdū, se nō eē cōmissurum: ut tolli possit. Hoc ego labeonem credo illi retulisse: aut fixisse: dictū nō ab adulescēte ꝓlatū. Veterāos uero pessime loq uolebat Labeo me credere: & tibi ab iis istare periculū maximeq; indignari: ꝙ in decēuiris: neq; Cæsar neq; ego habiti eēmus: atq; oia ad uestrū arbitriū eēnt collata. Hæc cū audissem & iam in itinere essem: cōmittendū non putaui: prius ut alpes transgrederer: q̄ qd istic ageret̄ scirem. Nā de tuo periculo (crede mihi) iactatione uerborū, & denuntiatiōe periculi: sperare eos: te preterrefacto: adulescente impulso: posse magna cōsequi premia, & totā istam cantilenam ex hoc pendere: ut ꝙ plurimū lucrifaciāt. Neq; tñ non te cautum esse uolo: & insidias uitantem. Nihil em̄ tua uita potest mihi esse iucundius: neq; chari⁹ Illud uide: ne timēdo magis timere cogare. Et quib⁹ rebus potest occurri ueteranis: occurrat. Primū quod desyderant de decēuiris: facias/ deinde de premiis (si tibi uidetur) agros militum eorū/ uni cū Antonio uete

QVod pro &c. Audierat Brutus Octauium Cæsarē ægre ferre ꝙ Cicero dixisset eū tollendū qđ uerbum in malam ꝑtem accœperat: & ꝙ Cæsarem ac Deciū ī decēuiris esse prohibuisset: quocirca mōet eū amice ut pericula deuitans de decēuiris: ueteranos sequat̄: & illis præmia assignet. Ordo est. Amor meus in te: et tua officia sup.ī me et in remp. cogunt me facere id pro te, qđ ego non facio pro me. uidelicet ut timeā Cum enim dictum esset mihi sæpe: neq; cōtemptū.i.pro nihilo habitū: sed magni æstimatū a me. Labeo Segulius homo simillimus sui.i.ut uidet̄ ita perfidus: narrauit mihi nouissime.i.ultīo tpe: se fuisse apud Cæsarem.s.Octauium: et multum sermonē eē habitum de te. Et narrauit ipsum Cæsarem nihil questū sane.i.oīno de te: nisi dictum .i. ob dictum: ꝙ diceret te dixisse sup. Cæsarē adulescentē laudādū, ornandū, tollendum, qđ ultimū pōt dupliciter intelligi: in bonā partem: ut sit extollēdū et augendum: sicut prius tollunt̄ dum educantur. unde Comicus. Quicquid peperisset: decreuerunt tollere: aut in malam: quasi de medio auferendū: sicut illud ī euāgelio: Tolle: tolle crucifige eum. Potuit autem fieri: ut Cicero q ꝑpetulanti satis fuit ingenio: et se ut in superioribus patuit: nonnūq̄ iactauit ob sales suos: tale quid de Cæsare per ambages dixerit: ꝙ ille in peiorem partem accœperit unde Cæsar indignatus responderit: se non esse commissurum.i.passurum: ut possit tolli.i.auferri de hoc mundo. Ego credo Labeonem retulisse.i.narrasse: illa.s.Cæsari: hoc.s. a te dictum esse: aut finxisse dictum esse a Cæsare nō prolatum ab adulescēte.s.Cæsare. Vero ꝑ sed: Labeo uolebat me credere.i. ut crederem ueteranos.s.milites loqui pessime.s. de te: et periculum instare.i.iminere tibi ab

iis & ſup.eos indignari.i. ægre ferre maxie i.ꝑcipue/ꝙ neq; cæſar neq; ego eſſemus habiti in decemuiris.i.inter decē uiros creatos ad reip.gubernationē donec cōſules crearētur:atq; uolebat eos maxie indignari:ꝙ omnia eſſent collata.i.redacta ad arbitrium ueſtrum.ſ.q decēuiri eſſetis. Cū ego audiſſem hæc:& eēm iā in itinere.i.ꝓficiſcerer: nō putaui cōmittendū.i.ꝙ deberē pati:ut trāſgredere prius alpes/q̃ ſcirē qd agereť iſtic:hoc eſt Romæ.Nā:crede mihi: eos.ſ. ueteranos ſperare te ꝑterrefacto.i.ſi fueris perterrefactus iactatione uerborū.i.iactādo uerba:de tuo ꝑiculo.i.qb⁹ iuuāt te uerſari in magno periculo:& denūtiatione.i. inſinuatione periculi.ſ.in quo uerſeris:& aduleſcēte.ſ. Cæſare ĩpulſo.ſ.ꝑ eos in uos decēuiros: ſperare dico/poſſe conſeq magna ꝑmia: & crede mihi totā iſtā cantilenā.i.iſtā fictionem indignationis Cæſaris pēdere.i.eſſe ortā ex hoc ut lucrifaciant.ſ. ut lucrenť q̃plurimū: Petierūt enim agros ſibi diuidi.Neq; tamē uolo te nō eſſe ĩmo uolo eſſe cautū & uitantē inſidias.Nihil eñ pōt eē mihi neq; iucūdius neq; charius uita tua. Vide.i.conſydera & caue illud:ne cogitare.i.cogaris timere magis timēdo.i. ſi percipiaris timere.Et ſup.ut: occurras.i.obſiſtas:ueteranis ſup.oīb⁹ reb⁹ qbus pōt occurri ſup.eis.Et ſup.ut facias primū/qď deſyderāt de decēuiris.i.ut ego & Cæſar in eis ſimus:deinde de ꝑmiis.i.qď attinet ad præmia:cenſeas:ſi uideť tibi.ſ. utile/agros eorū militū/q fuerunt ueterani cū Antonio/dādo his.ſ.ueteranis noſtris:Et cenſendo ſup.agi ab nobis utriſq;.i.me &Cæſare lente.i.tarde ac rōne.i.cōſyderatione pecuniæ.ſ.publicæ q̃ minima eſt habita:de nūmis ſ.dādis militib⁹:hoc eſt licet ueterani & agros & pecunias ſibi decerni in præmia petāt:nos dumtaxat de agris agimus uobiſcū/de nūmis aūt lente/&cenſeas aut dicas ſenatū cōſtitutū de ea re.Ego uideo facultatē forte ex agris ſyllanis.i.quos olim ſylla ſuis diſtribuerat:& ex agro Cāpano:iis q̃tuor legionibus qbus cenſuiſtis agros dandos:aut puto forte oportere agros aſſignari legionibus æqualiter. Prudētia mea.q.d.q̃ magna nō eſt/non hortať me ſcribere tibi hæc:ſed amor in te:& cupiditas ocii.i.ceſſationis a bello:qď.ſ.ociū nō pōt conſiſtere.i. firmū & ſtabile eſſe ſine te. Ego nō excedā ex italia niſi fuerit ualde næceſſe.Ego armo.& paro legiones:&ſpero me habiturū excitū non peſſimum.i.ſatis utilē ad oēs caſus & impetus hominum. Cæſar non remittit mihi legionem de exercitu quem Panſa habuit:quia reuera iam tum Cæſar ſperare cœperat ad defectionē.Reſcribe mihi ſtatim ad has literas:& mitte mihi aliquem tuorum:ſiquid erit magis reconditum.i. occultum & putaris opus eſſe me ſcire.i.ut ego ſciam.Poredia locus eſt ubi caſtra habebat. Vale.

rani fuerunt/his dandos cenſeas.Ab utriſq; nobis de nūmis lente ac rōne habita pecuniæ: ſenatū de ea re cōſtituturū.Quatuor legiōibus iis qbus agros dādos cēſuiſtis:uideo facultatem fore ex agris ſyllanis: & ex agro Cāpano:æqualiter:aut forte agros legiōibus aſſignari puto oportere.Hæc me tibi ſcribere nō prudētia mea hortať:ſed amor in te & cupiditas ocii : quod ſine te conſiſtere nō poteſt.Ego:niſi ualde næceſſe fuerit:ex Italia nō excedam:legiones armo:paro: ſpero: me nō peſſimum exercitū habiturum ad omnes caſus & impetus hominū.De exercitu quē Panſa habuit:legionem mihi Cæſar non remittit . Ad has literas ſtatim mihi reſcribe:tuorum mihi aliquem mitte : ſiquid reconditum magis erit:meq; ſcire opus eē putaris.Septimo Kalen.Iunias e Poredia. Vale.

